473
P28su

SVBRELICTORVM

LEXICOGRAPHIAE LATINAE

SCRVTARIVM

COMPOSVIT

C. PAUCKER

erat quod tollere uelles

REVALIAE
MDCCCLXXIX
TYPIS DESCRIPSIT J. H. GRESSEL.

THE UNIVERSITY

OF ILLINOIS

LIBRARY

473
P28su

Vahlen Library
1913

CLASSIC

SVBRELICTORVM

LEXICOGRAPHIAE LATINAE

SCRVTARIVM

COMPOSVIT

Karl Heinrich von
C. PAUCKER

erat quod tollere uelles

REVALIAE
MDCCCLXXIX
TYPIS DESCRIPSIT J. H. GRESSEL.

473
P 28 su
Vahlen
14 No '19 A. M. E.

I.

Voces addendae

lexicorum latinorum copiis

nec non ad nonnullas uoces iampridem cognitas annotata quaedam.

Eisdem fere quibus in ceteris ad lexicographiam latinam symbolis in hac quoque illarum quasi appendice usi sumus scripturae compendiis siglisque, ut sunt **A—D**, HA, **I—8***, **a—c**, de quibus uid. indicem adiectum libello Meletemata lexistorica altera, Dorp. 1875, quo indice qui carent his quoque uix poterunt uti.

Abistinc: auct. Queroli com. I, 2 p. 9 (ed. Peiper) *praemonueram de triente: caue abistinc,* quam praepositiones cum aduerbiis uel aliis praepositionibus componendi consuetudinem tralaticiam (abhinc, adhuc, deinde . . , insuper, protenus . .), attamen procedente tempore percrebrescentem HA. p. 55* attigimus, Rönsch Itala p. 231 sqq. exemplis ex inferiore potissimum latinitate plurimis illustravit, quibus adde, si tanti est, deperegre Expos. tot. mundi 55.

absidata abs.: Corp. Inscrr. Lat. cons. et auct. acad. litt. Boruss. edit. uol. III ps. I (III, 1), nr. 968 *L. Aelius Hylas . . eius signum numinis cum absidata ex uoto posuit;* — absidata porticus Vict. et Ruf. de regionib. urb. Romae, Cassiod., cauea id.

abundabilis: Cassii Felicis de medicina ex graecis auctoribus liber translatus sub Artabure et Calepio coss. (a. 447) prim. ed. V. Rose (Lips. 1879) cap. 38 p. 84 *plethoricum corpus, quod nos latino sermone abundabile dicimus.* Alia talia graecorum nominum interpretamenta sunt 18, 31, 32, 34, 35, 44, 56, 62, 91, 92, 105, 120, 124, 141, 147, 150, 165, 171, 179, 2, 185, 188, 189, 193.

addulcare: Cass. Fel. 6 p. 13 *acredinem humoris* (lac) *addulcat uel obtundit,* 46 p. 119 (?).

adobrutio: Cass. Fel. 76 p. 187 *arenae feruentis adobrutione, quam ammochosian uocant;* — adobruere Colum.

adsuscipere: C(orp.) I(nscrr. Lat.) uol. VI, 1, 2066 (actt. fratrr. Arual. a. 89) *ob uota adsuscipienda pro salute et reditu et uictoria imperatoris.*

aediculum: auct. Quer. II, 1 *recurre ad aediculum cito,* inscr.

afrarius: C. I. VI, 2, 1620 *mercatores frumentari . . afrari,* — «i. e. qui frumentum afferebant ex Africa».

alliator: C. I. VI, 1, 2545, — «i. e. alliamentorum confector», sed Carpenter. ap. Du Cange gloss. med. et inf. latinit.: aliator s. alliator, qui mensuras et pondera ad archetypum adaequabat.

[10] **antelucare**: auct. Quer. II, 4 *quoties est antelucandum* (i. e. ante lucem aliquid agendum), gloss.

antesignator: C. I. VI, 1, 3561 *P. Aelius Macer antesignator trib.* (antesignanor. corr. Grut.).

apiata s(ubst.): Cass. Fel. 34 p. 73 *cum apiata calida,* 43 p. 109, — i. e. aqua apiata Th. Prisc., Cass. Fel. 59 p. 148. Cf. inf. pt. II, A, a², 40.

argentalis: Cass. Fel. 17 p. 24 (creta), «ital. argentale».

arteriosus: Cass. Fel. 71 p. 171 *iuxta auriculam in ipsis arteriosis locis.*

assellatio: Cass. Fel. 48 p. 122 *sequitur patientes* (in dysenteria) *iugis assellatio inferioris uentris aliquando fellita, aliquando uiridis et sanguinolenta, aliquando mucillaginosa,* ib. pag. 127 *frequenti deiectione assellationis,* 50 p. 130. Cf. **A** p. 5.

*ales adi.: poett., Solin. 56, 12 *alite pernicitate.* Haud pauca Solinus uocabula post poetas vel cum poetis usurpasse videtur aut primus aut solus uel cum paucis inter uett., ueluti auarities 53, 29, carnulentus, egeries, fecundare 7, 4, florulentus (etiam Ambr. in ps. 118 serm. 5, 35), fluentum 19, 4 (Cyri amnis), inaestuare 38, 13 'sole inaestuat', incitus 40, 10, inhospitus 11, 30, irrubescere, lanificus 7, 20, *lucina s. trnsl. 12, 4 'lucinam aestivus dies soluit', nigrare 17, 5, sibilus adi. 52, 37 'uoce sibila', spineus, terrificus 15, 7 (latratus), 52, 32, 53, 11 (et Plin. min.), uipereus 37, 17, undosus, unioculus, uocamen, uolutabrum 5, 22. Cf. **A** p. 77 n. 61.

***aranea** (morbi genus = herpes): Cass. Fel. 25.

bicapitus: Cass. Fel. 35 p. 75 (uua) *dicephalos appellata uel bicapita.* Cf. inf. planipedus et **D** n. 33.

campago (a campagus, genere calciamenti): inscrr. temporum Sept. Seueri, Caracallae, Philippi, ut C. I. III, 1, 1377 *eq. alae Campagonum,* 1378 *ala I Hisp. Campag.,* 1380.

[20] **canistrifer**: C. I. III, 1, 686, u. 19 *canistriferae Naides.*

cantabries (a cantabrum q. furfur: pityriasis, Kleiengrind): Cass. Fel. 6 p. 13.

carnositas: Cass. Fel. 32 p. 67 *cephalico medicamento ad carnositatem uteris, si forte minutam inueneris,* gloss.

castrensarius pro castrensiarius: C. I. VI, 1, 1739 *corpus pistorum magnariorum et castrensariorum.*

ceriolarius: C. I. III, 1, 2112 sq. *Asidonius ceriolarius.* Notum erat ceriolarium.

cesisboum (?), herbae uocabulum: Cass. Fel. 67 p. 165 *quod c. habet folia similia feniculo* (uid. Rose ind.).

circumforanus: Lamprid. Comm. 2, 8, Quer. II, 4 (s. u. circumspectator), Isid. (?). Cf. **D** n. 54.

circumincidere: Cass. Fel. 67 in. *morsum* (canis rabidi) *medicinali scalpello circumincides competenter;* circumincisio Coel. Aur. (**D** p. 20).

circumspectator: auct. Quer. II, 4 *uiuat . . rimator circumforanus, circumspectator callidus;* — circumspectatrix Plaut.

collamontius (collimontius?): C. I. III, 2 p. 961 (in tabella imprecationibus inscripta) *ibi te ordinauit* (angelus Gabriel) *ut siluestria loca collamontia opteneris* (obtineres).

[30] **concubinula**: auct. Quer. I, 2 p. 18 *psaltrias et concubinulas.*

condigestorius: Cass. Fel. 42 p. 97 *est namque tonoticon et sympepticon medicamentum, id est confortatorium et condigestorium.*

confortatorius: Cass. Fel. 42 p. 97 (s. u. condigestorius) et 101, 43 p. 108; confortare 29 p. 53 debilitatem oculorum al. et all., quos cit. Rönsch It. 185 sq.

coniugius pro coniugium: C. I. V, 1, 3996 *coniugius hic ille iacet castissimae famae, quibus non in se* (u. inf. nr. 93) *licuit bis denos uiuerent annos,* — «ut collegius legitur similiaque», cf. **D** p. 197 sq.

connaturatio: Cass. Fel. 26 p. 42 *duritias . . musculosis membranis connaturatione infixas, quod Graeci cata synfysin uocant,* Isid. (ap. Quicherat Add. lex. lat.).

constrictorius: Cass. Fel. 33 p. 69 *cucurbitas stalticas id est constrictorias thoraci . . conglutinabis,* 47 p. 121, 72 p. 174.

corarius pro coriarius: C. I. VI, 1, 1117 *corpus corariorum magnariorum solatariorum,* it. 1118, 1682 al.

crocatum s.: Cass. Fel. 35 p. 77 *confectio crocati faciens ad faucium tumores.*

*calide propr.: Cass. Fel. 33 p. 69 *iugulos et thoracem . . embrocabis, in hieme c., aestate frigide.*

*canosus: Vop. (me canosum). al. et abus. Cass. Fel. 2 p. 11 et 5 p. 12 capilli.

[40]*carnificare = «σαρκοῦν Galen.»: Cass. Fel. 20 p. 31 *postquam uideris bene fuisse purgatam* (fistulae cauernam), *collyriis . . diligentissime carnificabis,* ib. inf. et 19 p. 29.

danistarius: C. I. III, 2 p. 951 (in tabula cerata) *inter Cassium Frontinum et Judium Alexandrum societas danistariae conuenit.*

debacchatio: auct. Quer. I, 2 *conuentus et debacchationes et ioca friuola non quaero,* II, 4 p. 40, Saluian.

decertatio: Cic. s., Cod. Theod., Quer. V, 4, Cassiod. hist. trip. IV, 8.

decoriatorius: Cass. Fel. 13 p. 20 *medicamento decoriatorio, quod Graeci ecdorion uocant.*

defaecatissimus: Prosper ep. ad Ruf. ex., compar. Ambr.

definitior: Mar. Vict. adu. Arium I, 49.

desanguinare: Cass. Fel. 46 p. 116 *eruptionem uenae . ., qua loca quae patiuntur desanguinentur;* — sanguinari 29 p. 55, cf. **A** p. 76.

deseruire: Cic., Ouid., Sen. dial. VIII, 4, 2, Stat. silu. II, 2, 130, Quint., Plin. ep., Vulg.

desiccatio: Cass. Fel. 33 p. 70 *ad desiccationem humorum,* it. 41 p. 95; desiccare 29 p. 52, 32 p. 66, 33 p. 69 *humida desiccantur* al.

[50] **desiccatorius:** Cass. Fel. 8 p. 16 *desiccatoria sympasmata,* 31 in., 43 p. 108, 76 p. 184 et 187.

domabilis: Hor. s., Ouid., Aug. c. sec. resp. Jul. IV, 7 *domabilem dico carnem.*

drachmalis: Cass. Fel. 71 p. 171 trociscus, it. p. 172.

*dimittere c. inf.: Cass. Fel. 1 p. 6 *per nares humorem decurrere dimittes,* ib. p. 8 *in solio descendere dimittes,* 32 p. 64, 73 p. 177 (1 p. 10 *dimittes ut operetur* sinapismus), ut facere c. inf.

e. c. 42 p. 98 'laborantem super laneo stramine iacere facies', dare c. inf. 51 p. 134 'dabis totum bibere'.

*dirigere q. mittere: aliquid Claud., Vict. epit., Ruric. ep. II, 63, Sidon., aliquem auct. Quer. V, 3 *Mandrogerontem ad te direxi.*

*diuinitas concr.: Firm. m. (**A**), Ps. Ascon., Quer. V, 2 *consiliumne senis nostri an diuinitatis.*

eiectorius: Cass. Fel. 52 p. 130 *utrarumque* (podagrae differentiarum) *sanatio ista est, in calidiori refrigeratiua, in fri¸idiori calefactoria et eiectoria, quam Graeci diaforeticam uocant.*

embrocare (ἐμβροχή, embrocha Th. Prisc.): Cass. Fel. 1 p. 5 *his concoctis caput embrocabis,* ib. p. 4, 33 p. 69, 42 p. 98, 63 p. 156, 65 p. 169, 71 p. 170 al.

emeatus (?): Cass. Fel. 36 p. 79 *ne abstractione uiolenti* (scarae) *emeatus emorroidis sequatur;* — emeare Amm., N. Tir.

eremizare: Cass. Fel. 51 p. 135 *eremizato folle uentum inflabis.*

[60] **esuccatio:** Cass. Fel. 33 p. 71 *arteriacam sub lingua continendam dabis, et cum defluxerit paulatim sub ipsa esucatione transuorandam dabis;* — exsuccare 34 s. f. 'paulatim exucando transuorent'.

exauriculare: auct. Quer. II, 4 *oenophorum exauriculatum et sordidum.*

excallatorius: Cass. Fel. 20 p. 31 *medicamento ectylotico id est excallatorio.* Cf. obcallatus Sen., Cass. Fel. 7 p. 14, incallare Veg. u.

excoctio: auct. Quer. V, 4 p. 59 *unam unciam apoziae* (apozematis) *hoc est excoctionis contemplatione concedimus,* Paulin. Diac., Cod. Just.

exfunctus i. defunctus: C. I. III, 1, 3166[a] *L. Crepereio nepoti exfuncto.*

*educatio (?): Cass. Fel. 39 p. 89 *ad sanguinis supernae educationis reiactationem,* it. p. 86; — ducatio **D** p. 269.

*emendare q. sanare: Plin., Scrib. 51, Theod. Prisc. IV f. 311 (ulcera), Plin. Val. I, 6 (alopecias) et saep., M. Emp. 287 E dolorem, 290 C *polypon emendat herba proserpinalis,* 285 G *caepae sucus grauiter audientes emendat,* 358 G calculosos al., Placit. 3, 4 suspiriosos, 4, 11 faciem perustam, App. herb. 40, 3 dolorem, 88, 5 epiphoras, Cass. Fel. 2 p. 11 *psilotro emendabis caput,* 74 p. 178. Alia huiusmodi ad significationem medicinalem apud postt. potissimum translata sunt castigare Marc. Emp. 300 F distillationem,

depurgare: uid. inf. c. II, B, a² s. u. (nam purgare sic iam uett., cf. **D** p. 314), *mundare* Placit. 10, 2 *si faciem fricauerit, plagas mundabit,* absoluere Cass. Fel. 78 p. 190, liberare Th. Prisc. I, 6 *singula accidentia propriis suis purgationibus liberantur,* cf. I, 10, Pl. Val. I, 2, II, 17, Coel. Aur. acut. pass. II, 37, 91 *multos* (cardiacos) *iuxta sententiam Sorani liberari uidemus.*

*expensa: ICti, Claud., auct. Quer. II, 4 *quis tantam expensam praestare possit libero?,* ib. sup. *expensas rationesque totas propria perscribit manu.* Cf. HA p 70 sqq.

fasciolare: Cass. Fel. 67 p. 164 *cataplasmabis et fasciolabis,* ut fasciare id. 34 p. 74 *molli lana loca tutabis et fasciabis,* it. 38 p. 85 et saep., fasciatus Mart., fasciari Capitol.

flaccor: Cass. Fel. 42 p. 103 *sin cum morsu et flaccore stomachi singultus fuerit natus.*

[70] **fontigenus** masc.: C. I. VI, 1, 554 *ripae uiridis renouantibus inclyta Nymphis numine fontigeno,* — fontigena abs. Ser. Samm. 602 (herba quae et saxifraga), fontigenae abs. et f. uirgines (Nymphae) Mart. Cap.

funeraticus pro funeraticius: C. I. III, 2 p. 925 (in tab. cerata Dacica) *modo neque funeraticis sufficerent* (at ib. p. inf.: conferre funeraticia siue munera), it. ib. p. 927. Cf. acinaticus Plin. Val., acinaticius Pall., Dig., — empticus Venant., empticius Varr., all., — erraticus Cat., Varr., Cic., all., erraticius Fronto, — multaticus inscr., multaticius Liu., — mutuaticus Gell., mutuaticius gloss., — uenaticus Plaut., Cic., uenaticius Amm.

*festiuitas q. festum: Lampr., Cod. Th., Salu. gub. D. VI, 184, Gregor. H. Fr. V, 48 *ueniens ad festiuitatem sancti Martini,* V, 6.

*formula demin. e forma i. nummus formatus Lampr.: auct. Quer. II, 4 *has saltem distingui non oportet tam gemellas formulas. Quid tam simile quam solidus solido est?*

*frigide propr.: Cass. Fel. 33 p. 69 (sup. s. u. calide).

gelela: Cass. Fel. 73 p. 176 *coloquintidis, quam uulgus gelelam uocat,* Pap. gloss. (hisp. gelea). Cf. Rose ind.

girba i. mortarium: Cass. Fel. 33 p. 70 *simul omnia in girba*

mittes, et in unitatem ut sibi bene misceantur tundendo coges, 31 p. 63, 72 p. 174.

gracula: auct. Quer. IV, 2 *si recinenti ac monenti credidissem graculae,* gloss., transl. Saluian. (uestra Palladia, uestra gracula, uestra domnula).

Graecensis: C. I. VI, 1, 656 *pauimentum Graecense,* pro: Graeciense.

granata pro granatum sc. malum (ital. granata): Cass. Fel. 20 p. 32 *corii granatae siccae,* 82 p. 194 al.

[80] **granaticius:** Cass. Fel. 47 p. 121 *cum uino melino id est granaticio,* 64 p. 57 (ubi legitur granatico: cf. sup. ad u. funeraticus).

gufio: Cass. Fel. 33 p. 71 *carbones de gufione uitis facies.* De significatione non liquet.

*grauare quem in aliquo q. accusare: auct. Quer. IV, 1 (cur ita suspicaris?) *numquidnam in aliquo nos grauas?*

hamiger: auct. Quer. I, 1 *opportune amigerum hic tridentem uideo.*

hastella: Cass. Fel. 32 p. 65 *taedae pinguis astellas minutatim incisas.*

hastiliarius: C. I. VI, 1, 3226, cf. nr. 3192.

hirquicomans: auct. Quer. II, 3 p. 32 *noctiuagas celeres capripedes hirquicomantes,* poetae alicuius uersum, ut uidetur, intexens.

hortinus: Cass. Fel. 45 p. 113 *cucumeris hortini,* 29 p. 56 uiolae, ib. p. 58 feniculi, 49 p. 129, 62 p. 155 al., — Hortinus a Horta Verg. (hortensis 75 p. 182 pastinaca).

*herbarius adi.: C. I. III, 1, 3498 *Siluano herbario* (cf. ib. 3500: Siluano siluestri, 3501 al.).

iligineus: auct. Quer. II, 1 *domus . . iligineis foribus,* — iligneus Cat., Col.

[90] **immorandus:** Cass. Fel. 30 p. 61 *cucurbitam plurimo tempore immorandam* (morare pr.).

incensorius: Cass. Fel. 13 p. 20 *causticae et septicae uirtutis id est incensoriae et putrificatoriae.*

iniectorius: Cass. Fel. 48 p. 127 *per enetera i. e. tibiam iniectoriam,* 51 p. 133 trociscus.

in se i. una, simul: C. I. III, 1, 2534 *D*(is) *m*(anibus) *P. Statio Vitali et Statiae Fortun*(a)*tae, qui uixerunt anno*(s) **XXXV** *in se P.*

Statius Vetu(stus) *filius p*(osuit), 2113 (cf. ibi annotata), V, 1, 3996 (sup. s. u. coniugius) et al.

interare = intrare: C. I. III, 2 p. 945 et 947 (in interiore et exteriore exemplo tabulae ceratae) *domus partem interantibus dextram.*

*infrigidare intrans. non modo in perf.: Cass. Fel. 2 p. 11 *ceram resolues et cum infrigidauerit rades,* 18 p. 26 al. (cf. inuiscauerit inf. nr. 97, *cum impinguauerit* 29 p. 54, *cum maturauerint* parotides 17 p. 25, quocum cf. **D** p. 295), sed etiam in praes.: 35 p. 77 *tolles ab igne ut infrigidet,* 40 p. 93 (ut Anthim. intr. maturent 60, maturare 90), contra infrigidare, ut apud alios (uide Forcellini Lex. ed. De-Vit s. u.), trans. 30 p. 60 al.

*insinuare noue q. enuntiare, notum facere: Solin., Spart. Hadr. 25 in. *somnio se monitam ut insinuaret Hadriano* (desperanti salutem), *ne se occideret, quod esset bene ualiturus,* Capit. Ant. philos. 12, 14 (at idem Capit. Gord. 24, 3 more priorum 'cum pessimi quique bonos pellerent, detestandos insinuarent' sc. animo principis), Dict. II, 9, Dar. 18, Macr. Sat. I, 4, 4 *insinuabo primum de Saturnalibus, post de ceteris,* 24, 23, V, 19, 31, id. comm. I, 7, 3, all. recc. In eandem significationem transiit cognominatum huic uerbum q. e. intimare, quod primum legitur ap. Solin. et Tert., sed transl. q. enuntiare iam habet Cypr. ep. 45, 2 et saep., deinde scrr. hist. Aug. saep., ut Treb. Gall. 16, 1 *uita Gallieni breuiter a me literis intimata* (HA 102 sq.), Arnob. V, 33 *unde est nobis cognitum uel unde intimatum?,* all. recc., ut Mart. Cap. VI, 587, Sid. ep. VII, 10, VIII, 15, Coel. Aur. tard. pass. IV, 9, 134 (graecum epigramma) *uersibus* (latinis) *intimabo.*

*inuiscare (**D** p. 92 et 274) intr.: Cass. Fel. 18 p. 26 *pulicinum semen calida infundes, et cum infrigidauerit et inuiscaverit* (h. e. uiscosum factum erit), *induces.*

laceratura: Cass. Fel. 75 p. 180 *crura multis laceraturis scarificare,* 18 p. 26, 24 p. 41, 54 p. 140 al.

lanuginositas: Cass. Fel. 29 p. 53 *lanuginositatem quam in se detinet* (cerussa).

[100] **lenificare:** Cass. Fel. 48 p. 124 uentris asperitatem, 29 p. 50, 73 p. 177.

lenificus: Cass. Fel. 34 p. 73 (foeni graeci sucus) *est lenificae uirtutis.*

limositas: Cass. Fel. 32 p. 65 *hoc adiuuamenti genus limositatem excludit et humores superfluos depurgat,* «cf. 46 p. 117: limosa qualitate solidato sanguine».

*loqui c. acc. subst. transitiuo synon. dicere, nominare, narrare: Solin. 11, 17 *orbem cyclon Graeci loquuntur,* 11, 26; 32, 1, Cypr. laps. 25 *facinus commissum loqui et indicare non potuit,* ep. 45, 4.

manifestim: Cass. Fel. 1 p. 2 *manifestim in cerebro fieri ostenditur* (dolor). Cf. **3*** epim. III.

masticatorius: Cass. Fel. 32 p. 64 *apoflegmatismum masticatorium, quem Graeci masomenon uocant* (hinc mâchoire).

membranosus: Cass. Fel. 22 p. 37 *musculosis in locis et membranosis.*

mucilaginosus: Cass. Fel. 48 p. 122 (s. u. assellatio).

*maiores q. dignitate praecipui, proceres: Capit. Gord. (HA p. 144), Sidon. ep. VII, 7 *non diutius ipsi maiores nostri hoc nomine gloriabuntur, qui minores incipiunt non habere,* III, 3, VII, 1; id. freq. in allocutione: *domine maior,* ut I, 1, IV, 3 al. (cf. Du Cange: maiores, qui aliis praesunt in exercitu, — maioritas: imperium, primatus, praestantia), et simile aliquid uidetur esse ap. Cass. Fel. senior, ut 1 p. 3 *Hippocrates senior dogmatum princeps,* 29 p. 48 *supra memoratus senior Hippocrates,* 65 p. 158 al. (in med. lat. senior q. dominus, unde nouelli signor, seigneur etc.).

*mappa: Cass. Fel. 51 p. 131 *peritonaeon membranam, quam uulgo mappam dicunt.*

[110]*massa apud recc. interdum etiam dicitur, quemadmodum nos uocabulo uti solemus, discretorum inter se copia: ita iam Tert. praescr. 3 *purior massa frumenti in horrea reponetur,* ac deinde Oros. lib. arb., Optat. (m. poenitentium, uulnerum), Laurent. Nouar. (malorum): u. locc. ap. De-Vit.

*mecum i. apud me, quod attinet ad me auct. Quer. prooem. *pecunia neque mecum abundans, neque apud te pretiosa est,* I, 2 *pauper ego sum quidem, sed hoc mecum tolerabile est; illud prorsus non fero, quod tenuitati nemo ignoscit,* ib. inf. *iam superius dixeram: bene mecum agitur, sed iuxta alios male.* (Lar) *Certe apud te bene.*

modicissimus: Fulg. serm., Cass. Fel. 30 febricula modicissima, 72 p. 172, 76 p. 186 al. Etenim modicus adi., quemadmodum alia quaedam, in usu uulgari paulatim ita detritum erat,

ut iam esset prorsus i. paruus (cf. Rönsch It. p. 334 sqq., qui et cit. Non.: modicum in consuetudine pusillum uolumus significare), cf. Cass. Fel. 2 p. 10, utrumque uero etiam pro paucus, ac proinde significatu prorsus eodem leguntur u. c. ap. scrr. med. recc. talia, ut sunt: *salis modicum* Cass. Fel. 17 p. 25, *modicum mellis* M. Emp. 396 F, *modico aceto* C. F. 10, p. 18, *adiecto paruo myrrhae* Pl. Val. II, 38, cf. V, 14, *paruo sale et aneto* Cass. Fel. 1 p. 7 (cf. 38 p. 72 al.), *sinapi cum paruo pipere longo* Coel. Aur. tard. V, 10, 124 al. *(cum myrrhae pusillo* Pl. Val. II, 59, cf. App. h. 78, 4, *anethi seminis paululum sedat dolores* M. Emp. 375 B, *cum pauculo aceti* id. 394 G, *cum pauca cera* Plac. 32, 3, — *parum* — paruum? — *salis misce* M. Emp. 322 F et saep., *parum olei* Pl. Val. II, 28 al.).

*modicum etiam pro aduerbio usurpatum: App., Cass. Fel. 51 p. 131 *sin modicum retro circa renes . . natus fuerit dolor,* 29 p. 49 *postquam* (foenum graecum) *fuerit lotum, modicum coques,* ib. *si modicum feruida fuerit oculorum perturbatio* al.

nationatus, u: C. I. VI, 1, 2662 *nationatu Panonius.*

Nervialis (Nerua): C. I. III, 1, 1835 *seuir Augustalis . . Neruialis* (a neruus nerualis Scrib., sed neruiarius inscr.).

*natio: (Victorin.) De physicis 2 *quotidiana rerum natio,* Cass. Fel. 26 p. 43 *aliud genus scrofarum . . sub cute natans et plurima natione pullulans.*

*natiuitas: Cass. Fel. 22 p. 38 (carbunculi), Coel. Aur. t. I, 4, 70 *dentium natiuitates* al., alii (De-Vit s. u.).

*ne pro ne . . quidem: Petron. 47 *hoc solum uetare ne Jovis potest* (ita cod.), App. Met. III, 6 *cum nemo possit monstrare uel proprias inter nos inimicitias praecessisse, ac ne omnino, mihi notos illos latrones usquam fuisse,* Capitol. Alb. 5, 8, Vict. epit. 25 *conclamantibus cunctis militari ioco ex pessimo genere ne catulum habendum,* auct. Quer. IV, 2 *parumne uiuus illusisti? ne defunctus desines?* Contra nequidem coniuncte Paul. Dig. XXIII, 2, 14 'uxorem (filii adoptiui), quae nurus loco est, nequidem post emancipationem filii ducere poterit'. Pro ne . . quidem autem Quadrig. ne . . quoque teste Gell. XVII, 2, qui addit 'infrequens nunc in loquendo, sed in libris ueterum creberrimum', et ipse ita scripsit I, 2, 5 'ne oris quoque et uultus serenitatem stoici hominis unquam ulla posse aegritudine obnubilari' al., — alii ne . . saltem locuti sunt, ut App. Met. VIII.

16 ex., Salu. gub. Dei III, 75 'maximam Christianorum partem nec exigua saltem ac minima fecisse'.

*nouissimo pro postremo: Cass. Fel. 71 p. 171 *cibis inprimis* (i. primo) *triticeis et olerosis nutries, nouissimo uero uariis,* 75 p. 180 al.; idem secundo pro bis (cf. HA p. 90) 76 p. 184 *non solum semel, sed et secundo,* ut et Coel. Aur. tard. IV, 3, 43 *decoctionem lenticulae secundo uel tertio per singulos iniiciemus dies,* qui etiam secundo pro deinde uel exinde usurpat, ut tard. V, 3, 53 *de purulentationibus secundo dicemus,* I, 4, 61 *plerique raptu atque contractu corporis . . apprehensi secundo in altissimum soporem deuenerunt,* II, 14, 197, V, 4, 61.

[120] **obuncatio**: Cass. Fel. 40 p. 91 *cum obuncatione unguium, quam Graeci gryposin uocant,* cf. Coel. Aur. t. II, 198, ac. III, 168.

olerosus: Cass. Fel. 71 p. 171 (s. u. novissimo).

onerose: Aug. c. Cresc. I, 6 *onerose ac moleste ferunt,* Paul. Nol.

opitulatio: S. S. intpr. uet. et Vulg., intpr. Iren., Arnob. (plur.), Julian. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. III, 154 *creatoris sui opitulationem,* Oros. h. V, 18, Fulg. Rusp. Ad Trasim. II, 2, Dig., Jul. ep. nou.

oralis: Cass. Fel. 36 p. 79 *confectio oralis, quam Gr. stomaticen uocant.*

*obseruare a quo i. e. ut caueat, abstineat a: Cass. Fel. 21 p. 35 *obseruare aegrotum a uino et carnibus,* 54 p. 141, 32 p. 64 *obseruandum ab omnibus frigidis,* 1 p. 6, 71 p. 171; eadem ui Coel. Aur. seruare: t. I, 4, 86 *erunt a cibo seruandi usque ad primum diem,* ib. 80, sed etiam seruare aliquid: ac. III, 3, 24 *longe seruantes omne quod fuerit acre,* t. I, 4, 114, II, 14, 203, I, 4, 99 *helleborum adhibemus, sed longe superpositionis seruantes cursum, quod in omnibus adiutoriis exercitioribus adhibendis praecauendum.*

pastillatus: Cass. Fel. 19, p. 29 *cum melle pastillato,* 20 p. 31.

peganinum (πηγάνινον ἔλαιον): C. I. III, 2 p. 953 (in tab. cer.): *peganinum* (pretium habens) *denarium semunciam.*

pendiginosus: Cass. Fel. 20 p. 30 (syringes) *sunt ulcera pendiginosa,* — pendigo id. 19 (Ad pendigines), Veg. u.

perfunctus pass.: Cic. s. (Neue Lat. Formenl. II, 289), Aug. Ciu. D. XVIII, 16 *perfuncta opera.*

[130]perquisitio: auct. Quer. II, 4 iumentorum, Cassiod.

per se formula Marcellus Empir. aliquoties utitur, ut 373 E *cibari allio et pane per se,* ib. *aqua apiastri per si data,* 376 C, 407 H, 408 A (plenius 386 H *per se solus potui datus*), it. Ter. Scaur. orth. 2255 P. *Lucilius ubi i exile est per se iubet scribi, at ubi plenum praeponendum esse e* (ei), id. fragm. Paris. (Anal. gramm. Vindob. p. 452).

Persidicus: C. I. VI, 1, 511 *Persidici Mithrae antistes.*

perticula: Coel. Aur. tard. V, 1, 20 *tabulae tiliari apponentes struthium herbam concidunt in breues perticulas.* Deminutiuum hoc agnoscit Du Cange, et hinc est fortasse germ. Pergel.

pinalis: Cass. Fel. 46 p. 118 resina, it. 76 p. 186, Isid.

planipedus: Cass. Fel. 30 p. 60 *cubiculum frigidum et planipedum et obscurum.* Cf. sup. ad 18.

podicalis: Cass. Fel. 74 p. 178.

praestigium: auct. Quer. I, 2 s. f. *hic nescio quid est praestigii,* et ib. sup. bis, II, 4 *mille praestigia,* V, 2, V, 3 bis, Cassiod.

praesuper: C. I. III, 2, 6103 *Imp. Diocletiano . . praesuper omnes retro principes piissimo Augusto.* Cf. ad 1, et e. c. de trans **flumen** S. S. uet., ab ante atrium templi Vulg., sed et 'ab ante **oculis** parentis' inscr.

promeridie: C. I. VI, 1, 2104 (actt. Arual. a. 218) *promeridie autem fratres Aruales praetextas acceperunt et in tetrastylo conuenerunt . . et porcilias piaculares epulati sunt et sanguem postea.*

[140]**pulicinus:** Cass. Fel. 18 p. 26 *pulicinum semen quod Graeci psyllion uocant* (herbam alii, ut Coel. Aur., pulicarem s. pulicariam uocant).

*pullinus (ad pullum gallinaceum pertinens): Apic., Cass. Fel. 1 p. 7 *blitum ex iure pullino* al.

putrificatorius: s. u. incensorius.

quam (quantum, quanto) cum **compar.** pro quam c. superl.: Prob. inst. art. p. 93 Keil *quam plures soni hoc est quam plurima nomina,* id. ib. 84, 95, Mart. Cap. I, 11, ib. 14 al., Hier. ep. 130, 5 *quam pluribus inflammata stimulis,* Rufin. apol. I, 16 al., Cassian. Coenob. Inst. IV, 24 *quamplura ei etiam superflua iniungebat,* Herm. Past. III, 9, 6, Vigil. Taps. c. Eutych. I, 11, Theod. Prisc. I, 4, Marc. Emp. p. 262 F *caricas quanto nigriores macerabis,* ib. B, 323

A, 378 F *quantum diligentius teres,* Plin. Val. II, 25 *caules quanto maiores coquuntur.* Hinc est quantocius (pro quam ocissume Ter., Sal.): Commod. (sec. III), Lact. mort. pers., Claud. Mamert. grat act. Jul., Cod. Theod. VI, 2, 5 (impp. Arc. et Hon.) *aurum profuturum aerario nostro quantocius inferendum* al., Zeno II, tr. 32, Sulp. Seu., Cassian. Coen. Inst. II, 7 al., Gelas. ep. 5 s. f., Greg. M. ep. II, 20, Greg. Tur. hist. Fr. V, 21.

refrigeratiuus: Cass. Fel. 52 p. 136 (sup. nr. 56).

relaxatorius: Cass. Fel. 76 p. 184 *oportet sacculo desiccatorio et ex parte relaxatario uti* (cf. De-Vit s. u.).

remutare: auct. Quer. II, 4 (de solidis mutandis mille sunt praestigia): *muta remuta facimus, et hoc mutari non potest;* **remutatio** Adamant. Martyr. de b et v p. 183 Keil.

respiratorius: Cass. Fel. 39 p. 85 *ex respiratorio interaneorum membro* (anapneusticon morion).

rimator: Arnob., auct. Quer. II, 4 (sup. nr. 28), Cassiod.

ripanus: C. I. VI, 1, 2579 *C. Antonius ripanus ueteranus,* — fortasse idem significans quod ripariensis uel ripensis, h. e. militem in ripa Danubii stationem habentem.

[150]**riposus:** Cass. Fel. 73 p. 175 *exstantiae riposae, quas Gr. oncos ochthodes uocant, id est riposis uerticibus prominentes circa uultum et articulos* (elephantiacorum).

robustitas: Cass. Fel. 35 p. 75 *si* (uua) *grossa uel uastior fuerit, ut robustitate sua* (Stärke i. Dicke) *faucium impleat partes;* et perinde robustus q. crassus 40 p. 91: digitorum capita robusta efficiuntur al., cf. 20 p. 31: siue longitudinis siue roboris, et p. sq.

*recipere abs. (sc. cibum): Cass. Fel. 58 p. 147 *ut die qua accessionem patiuntur ieiunent, et die anetica recipiant* (cf. inf. II, A, a[1], 59 resumere abs.).

*refectio concr.: Cass. Fel. 1 p. 7 *refectionem accipiat simplicem, ut sunt oua corbilia.*

*releuatio opp. grauatio: Fronto, Coel. Aur., Aug. ep. 99, 2 mali, Nou. uers. uulg. 116, 1 *nullam releuationem, sed augmentum fieri.*

saniare: Cass. Fel. 21 p. 94 *antequam saniet apostema* 36 p. 79 *saniando.*

saniola: Cass. Fel. 18 p. 26 *cum coeperit durities in saniolam conuerti,* ib. p. 27, 19 p. 28, 21 p. 35, 26 p. 43 al., — anomale informatum, in -ula pro -ecula (Ztschr. f. österr. Gymn. 1876 p. 596 et 610).

scara corr. ex eschara (franc. escarre): Cass. Fel. 22 p. 37 *membrum . . ulceratum scaram facit,* 67 p. 164 *scara, quam nos crustam dicimus,* 32 s. f. *ad omnes putredines et scaras,* 36 p. 78 et sq. al. (Coel. Aur. scarosis, -oticus **3*** p. 24). Cf. Du Cange scara 1.

sefra: 9 p. 17 *cameleontae* (chamaeleontis) *nigrae radices id est sefra,* 76 (ad hydropicos) p. 186 (cf. Coel. Aur. t. III, 8, 115): uid. Rose ind. s. chamaeleon.

semiassus: Cass. Fel. 29 p. 54 *chalciteos semiassae.*

[160] **semicupium**: Cass. Fel. 51 ex. *ex calida et oleo semicupio depositis embasim adhibebis,* 61 p. 152, Pap. gl., — «ital. semicupio = encathisma; semicupa habet Amm.»

serpusculus: Cass. Fel. 24 p. 42 *ad herpetas hoc est serpusculos,* 25, — quod male affigurauit, quisquis praesumpsit, siue nomen uerbale uolebat, pro serpulus (cf. serpula, serpullum) uel certe serpiculus (ut uert-i-cula, curriculum cett.), seu forte adeo deminutiuum (de irrationalibus in -usculus Z. f. österr. G. 1876 p. 602).

specularis s. (sc. lapis): Cass. Fel. 32 *specularis assi uncias binas,* 39 p. 88 al.

sportellaria: C. I. III, 2 p. 939 (in tab. cerata Dac.) *Maximus Batonis puellam nomine Passiam . . empta sportellaria* (sic) *emit mancipioque accepit de Dasio Verzonis Pirusta . . ducentis et quinque;* — sportellarius gl. κοπριαίρετος Duc., quod parum proficit.

squamilla: Cass. Fel. 6 p. 13 (nascitur pruritus capillosis in locis,) *ut etiam tenuissimas squamillas albi coloris emittant cantabro similes* (cf. II, A, a², 63).

sternutatorius: Cass. Fel. 71 p. 171 *ptarmico medicamento i. e. sternutatorio.*

strictorium: Cass. Fel. 18 p. 26 *μοτῷ τιλτῷ* (i. scarpilla med. lat., charpie) *uel strictorio ori uulneris immisso ligabis,* gloss. σφιγκτήρ, strictoria s. ed. Diocl., gl.

subdeducere: Cass. Fel. 71 p. 170 (uentrem). Cf. II, B, a², ad 52.

subinanire: Cass. Fel. 35 p. 75 *quibuslibet modis subinanire uentrem;* cf. exinanire 76 p. 184 'postquam aquoso humore fuerint exinaniti', inanire ib. p. 183 'inaniet per uesicam aquosum humorem'.

sublongus: Cass. Fel. 48 p. 127 *fiunt collyria sublonga.*

[170] **subtorrefactus**: Cass. Fel. 29 p. 129 (eruum); idem scriptor freq. torrefacere, ut 34 p. 74 'amygdalae leuiter torrefactae', 76 p. 186 al., usus alioquin infrequentis (**D** p. 291).

suffumigatorius: Cass. Fel. 21 p. 36 *s. trociscus, quem Gr. ypocapniston uocant,* 33 p. 70, 41 p. 95, 77 p. 188.

superafferre: Cass. Fel. 75 p. 179 *hydropicas superaffert passiones.*

supercomedere: Cass. Fel. 48 p. 124 *post haec supercomedendum dabis aliquantum sicci panis.*

superinsurrectio: Cass. Fel. 25 *cum pustularum superinsurrectione.* Cf. II, A, b, 31 et B, b, 23.

superinunctorius: Cass. Fel. 29 p. 59 *collyrium superinunctorium* (hyperenchriston); superinungere Cels., Scrib.

superproicere: Cass. Fel. 30 p. 60 *penicillos frigidos superproicies.*

superuertere: Cass. Fel. 21 p. 34 *loco dolenti cucurbitam superuertes.*

*sessus: Cass. Fel. 74 in. *ex antecedenti egestionis nimia duritia in sessu, quam Gr. hedran uocant, uitia efficiuntur, ut sunt ragades i. e. hiatus et tumores;* idem ap. Coel. Aur. sessio dicitur «t. IV, 45»: sessioni, quam Gr. hedram uocant, eodemque pertinet ap. Cass. Fel. sessorius l. l. inf.: cataplasma hedricon, quod Latini sessorium dicunt (sessorium s., sed al. Coel.).

*sodes abus. pro subst.: auct. Quer. II, 2 *per te tuosque, mi sodes, te rogo,* Sidon.

[180] *superferri i. sursum ferri: Cass. Fel. 71 p. 169 *uapor quidam ab inferiore uentris parte superfertur, quo uapore mininga pulsata concutitur.*

tegurium: C. I. V, 1, 5005 *Fatis Fatabus Druinus . . tegurium a solo impendio suo fecit,* — sec. Labus (quem cit. Mommsen ad l.) «un tempietto sostenuto da 4 colonne, aperto per ogni lato», apud eccl., quorum locos quosdam idem apposuit, id quod uulgo ciborium (ciboire) uel tabernaculum uocari solet, ueluti in uita Aldrici episc. legitur: fecit tegurium, quod et ciborium nominatur, super altare. Plura dabit Du Cange. Cf. Caper p. 2242 'tegus quoque inuenio dici et esse eius plurale tegora'.

tiltarius, a graeco tiltum Cass. Fel. 18 p. 26 (sup. 166), 20 al.:

Cass. Fel. 17 p. 25 *tiltario emplastro,* tiltarium s. id. 18 p. 27 *tiltario locum calcabis* (Coel. Aur. motarium).

tonitrator: C. I. III, 1, 2766ª *I*(oui) *O. M. tonitratori,* it. VI[1], 1080 (tonitrum acc. Lucr., Ou., Plin., pl. tonitra Acc.: Neue FL I, 350 sq., tonitrabilis gl.).

turbiscus: Cass. Fel. 76 p. 184 *cocci gnidii id est seminis turbisci,* «Isid. or. XVII, 7, 56» (cf. Rose ind. p. 208 sq.).

*tenebrosus: Cass. Fel. 1 p. 2 *ad tenebrosos, quos scotomaticos dicunt.*

*trabalis transl.: Julian. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. II, 90 *nihil quod his trabalibus malis mederetur;* neutr. s. [Fulg.] serm. 44 *trabalibus perforauit.*

*tubuli q. tibialia: auct. Quer. II, 4 ex. *utatur in aestu tubulis angustis et nouis,* I, 2 *in soccis hiemes, cancros* (aestates) *in tubulis age;* — *τουβία* Graeci recc. tibialia uocant: Du Cange, qui illa quoque habet. Auctorem Queroli Theodosiano aeuo uixisse putant.

uacuatio: Cass. Fel. 55 p. 142 *uacuationem, quam cenosin uocant.*

uelator (contract. e uehelator): C. I. V, 1, 2402 *Aufidiae C. L. Venustae. uiatores et uelatores* (int. praeteruehentes uehelis, i. e. uehiculis) *saluete et bene ualete.*

190 **uertiginosus:** Cass. Fel. 1 p. 2 lemm. *ad uertiginosos, quos ilingiontas appellant;* — Plin. XXIII, 28, 59 uertiginosis, quod codd. auctoritate non confirmetur, expunctum est.

uilicio (= *ἄμμι,* ami Plin. all.): Cass. Fel. 44 s. f. *amcos i. e. seminis uilicionis,* al.

uncinulus: auct. Quer. II, 1 *uncinuli hamati.*

utriculosus: Cass. Fel. 76 p. 181 *sunt distantiae passionis* (hydropicae), *quarum una .. ascites nominatur, id est utriculosa.*

uulcanosus: auct. Quer. I, 2 s. f. *sed ubinam fures ipsos modo requiram .. nescio. Vbinam illa est cohors fuliginosa uulcanosa atra, quae de die sub terra habitant, nocte in tectis ambulant?*

*urbane q. prudenter, astute: scrr. hist. Aug. (HA p. 154), auct. Quer. IV, 2 *accede, sed urbane respice,* I, 2 bis (ib. sim. urbanus); cf. Non. p. 12ª *uafrum est callidum et quasi ualde afrum et urbanum.* Sic perurbane Sidon. ep. IX, 9.

*usurarius subst. q. foenerator (usurier): auct. Quer. IV, 2

nunquam antehac comperi aurum sic ranciscere; usurario cuilibet foetere hoc potest.

zaccario: Cass. Fel. 68 p. 167 *impones herbam quam dicunt zaccarionem in loco ubi fuerit morsus* (phalangionis); — arundo e qua saccharum colligebatur? Cf. phalangio 68 lemm. pro phalangium Plin.

zernae: Cass. Fel. 11 p. 19 *impetigines, quas Graeci lichenas uocant, Latini uulgo zernas appellant;* sarna «Isid. or. IV, 8, 6, hisp. sarna». Hinc est

zernosus (hisp. sarnoso): Cass. Fel. 9 p. 16 *maculae . . ueluti zernosae, quas Graeci lichenodes appellant,* ib. inf., Th. Prisc. «I, 10 serniosos (l. derbiosos) oculos quos nos impetigines dicimus (habentes) et asperitatum uitiis laborantes» (Rose ind.).

[200]zizanium: Hier. ad Matth. I ad 10, 41, — plur. zizania S. S. Matth. 13 aliq. et eccl.

Breuiarium deriuatiuorum, quae nunc adduntur (cf. **D** p. 192—225):

adobru**tio**, assellatio, connaturatio, desiccatio, distemperatio (in addendis ad calcem libelli), esuccatio, obuncatio, remutatio, superinsurrectio, uacuatio, — emea**tus**, nationatus, — flacc**or**, — lacera**tura**, — antesigna**tor**, circumspectator, tonitrator, uelator, — tegu**rium**, — cantabr**ies**, — carnosi**tas**, lanuginositas, limositas, robustitas, — campa**go**, uilicio, — concubin**ula**, hastella, perticula, saniola, squamilla, uncinulus (serpisculus?), — abunda**bilis**, — refrigera**tiuus**, — grana**ticius**, — funera**ticus**, — condige**storius**, confortatorius, constrictorius, eiectorius, excallatorius, incensorius, masticatorius, putrefactorius, relaxatorius, respiratorius, sternutatorius, suffumigatorius, superinunctorius, — argent**alis**, drachmalis, oralis, podicalis, castrens**arius**, ceriolarius, corarius, danistarius, hastiliarius, sportellaria, tiltarius, — ili**gineus**, — arteri**osus**, membranosus, mucilaginosus, olerosus, pendiginosus, riposus, uertiginosus, utriculosus, uulcanosus, zernosus, — hort**inus**, pulicinus, — rip**anus**, — grae**censis**; — **sub**longus, bicapitus, semiassus, semicupium, — hirqui-**comans**, canistri**fer**, leni**ficus**, — colla**mont**ius, planipedus; — manifes**tim**; — **ab**-istinc, prae-

super, promeridie; — ex-**auricul**-are, costatus (in add.), fasciolare, pastillatus, saniare, — **embroc**are, eremizare, — **ad**-dulcare, antelucare, appungere (in add.), conuigescere (ib.), desanguinare, exfunctus, in-scrutatus (add.), remutare, repexere (add.), subinanire, subtorrefactus, superuertere, **ad-sus**-cipere, circumincidere, subdeducere, superafferre, supercomedere, superproicere, — leni-**ficare** *).

II.

A.

Vocum in C. Pauckeri ad lexicographiam latinam symbolis regestarum (quarum index libello inscripto 'Meletemata lexistorica altera, Dorp. 1875' adiectus est) infra scriptis accedit e Cassii Felicis de medicina libro (prim. ed. V. Rose, Lips. 1879) attestatio. Sed earum uocum eas (a), quas Coelianas dixeris, ut quarum Coelius Aurelianus adhuc aut (a^1) solus (uel certe praecipuus) nobis sit auctor aut (a^2) inter praecipuos auctores, disparauimus a ceteris (b), quae aliorum scriptorum censentur auctoritate et testimoniis **).

a^1: *adustio (opp. perfrictio): Cass. Fel. c. 34 p. 72 'contingit (tussis arida) ex antecedenti perfrictione aut e contrario adustione'. 1 p. 2, 64 p. 156 al., Coel. Aur. acut. pass. III, 5, 48: antecedentes causae esse accipiuntur iugis adustio et perfrictio uehemens' al. — *amputatio: 77 p. 187 uocis, 64 p. 157. — *apprehensio q. oppressio, catalepsis: 77 p. 187 'apprehensio sensus'. — capillosus: 5 p. 12 'capillosis in locis . . desertio capillorum', 6 p. 13. — concadere: 51 p. 132 'pulsus concadit'. (Coel. Aur. etiam praecadens, supercadere). — crassificare: 46 p. 119 (etiam crassescere 8 p. 15 et transit. 48 p. 124). — *exclusio: 48 p. 122 et 127, 72 p. 173, C(oel.) A(ur.) tard. IV, 8, 106 lumbricorum al., ut excludere id. acut. II, 16, 98. — humorosus: 46 p. 117. — imbrilis: 29 p. 53 aqua, ib. inf. et p. 54. — [10]malefieri: 41 p. 94; al. 71 s. f.: (lapides) unum formosum et alium malefactum.

---

*) Absolute instar subst.: absidata, apiata, crocatum; — permutato genere: aediculum, coniugius, granata.

**) Quamquam fateor non satis plena esse collectanea mea Coeliana, ut affirmare possim, nullam ex his uocibus apud Coelium exstare.

— *pala q. scapula: 66 p. 159 'dolor usque ad iugulum et palam'. — perforatio: 39 p. 87. — *praesumere (h. e. licito citius s.): 66 p. 160 'si quis post laborem frigidam potionem praesumserit'. — superpositio: 51 p. 133. — *sequi (cf. **D** p. 227 n. 79): 40 p 90 'sequitur laborantes (i. e. phthisicos) totius corporis defluxio, febricula . .', 39 p. 85, 42 p. 96 et saep. —

a²: cauernare: 32 p. 63 'ut dentes cauernentur' al. — coctio: 36 p. 78 et 80 oris (= aphtha), concr. C. A. tard. IV, 3, 41. — commixtio: propr. 58 p. 147 'fellis flaui commixtione efficitur', C. A. tard. I, 4, 61: earum (specierum) c. tertiam facere speciem potest, compend. Vitr. 27. — concauitas: 75 p. 179 'digitorum impressione designatas concauitates corporum', 76 p. 181. — confixio: 77 p. 187 dentium. — constrictio: 51 p. 131 al., constrictiuus: 50 p. 130 (cibatio). — contrarietas: 17 p. 24 'malignae (parotides) contrarietate supradictarum (bonarum) intelleguntur', C. A. tard. I, 5, 163. — counare: 29 p. 56 'ut sibi bene counentur', cf. C. A. ac. III, 5, 60. — [10]*confectio concr.: 9 p. 17, cf. C. A. tard. IV, 3, 57 al. — diffusio: 76 p. 181 humoris, plur. ib. p. 186. — digestibilis: 55 p. 143 (pisces). — diruptio: 51 p. 132 'in omento conquassatio aut d. facta', 29 p. 51, 39 p. 86 (disr-), C. A. ac. III, 17, 164 intestinorum. — discretio: 29 p. 48 'cum d. adhibere'. — distensio: 42 p. 99 'facit ad praecordiorum distensiones', 64 in., 76 p. 182 (sed 51 p. 131 distentio, ut et apud Coel. interdum, ueluti ac. III, 6, 63, scribitur). — *declinatio: 29 p. 48 'declinatione facta' (opp. 'in augmento' sc. passionis) al. — *decoctio: 48 p. 122 'decoctio potui data', 6 p. 14, 10 p. 18 et passim. — *desertio: 5 p. 12 capillorum, CA nutrimenti (atrophia), id. deserere uisum, desertum uiribus corpus. — *discussio: 61 p. 152 'dies critici quibus per sudorem prospera aegrotis determinatio febrium siue discussio fieri solet', p. sq., 29 p. 60. — [20]euacuatio: 23 (clystere), C. A. ac. II, 19, 116: uasorum euacuationibus. — exstantia: 75 p. 179 'subalbidam et laxam exstantiam', ib. p. 180 inflationis, 77 p. 187 thoracis, 7 p. 14 'ionthi paruulas exstantias ostendentes', 17 p. 24 al. — exsuccare: 34 s. f. (cf. sup. I, 60; CA et insuccare). — *eruptio: 46 p. 116 uenae. — fomentatio: 1 p. 5 al., fomentare 29 p. 51 et saep. — glutinosus: 34 p. 73 flegma, ib. inf., 41 p. 96, CA ac. III, 3, 18: humorem si glutinosum uiderimus factum. — hibernum s. (inverno, hiver): 24 p. 41 'in hiberno', 33 p. 70 al. (uerno 66 p. 160 al.). — humectatio: 18 p. 26 'modica h. sudoris', 33 p. 68 al. — ilium: 51 p. 131 ilio, 46 p. 116 iliorum (cod. Par.), atque inde iliacus: 51 p. 134 (passio). — impossibilis: 65 p. 158, CA ac. III, 5, 57. t. I, 4, 73, V, 10, 128 al., apud quem etiam possibilis, ut ac. III, 7, 71, et possibilitas inueniuntur. — [30]incendiosus: 61 p. 149 febris, 28 p. 45 al. —

incessabilis: 35 p. 75 sanguinis fluxus. — incurabilis: 29 p. 57 '(platycoriasis) omnino in curabilis nuntiatur', 8 p. 15, 46 p. 116 al. — indigestio: 51 p. 132 'ex antecedenti maiorum ciborum indigestione', 41 p. 94 'ex ind. frequenti', 44 p. 109 'cum (epatica) passio creuerit, indigestio frequenter nascitur', 60 p. 148 'ex indigestionibus' al. — infrigidare (c. I, 95). — inordinatus: 21 p. 33 febres, CA t. I, 4, 67. — insufflare: 30 p. 61 naribus calamo, 31 p. 63. — *indignatio ut t. t. med.: 78 p. 190 'uniuersas matricis indignationes quae fieri solent absoluet', CA t. III, 8, 128 al., idemque indignari. — *inuolutio: 51 p. 134 intestinorum al. — mordicatio: 1 p. 9 stomachi uel thoracis. — [40]mulsa (i. e. aqua mulsa, ut est 48 p. 129 al): 19 p. 29 'mulsa calida' et saep., CA t. III, 4, 64, 5, 75 al.; cf. tepida 61 p. 152 'modica tepida'; — aliud est mulsum i. e. uinum mulsum, ut est 49 s. f. — myrta: 64 p. 157 'ramulos myrtae' al., CA t. I, 1, 9 al., cf. acina 35 p. 75, CA t. IV, 3, 61. — *nosci cum infin., qua de constructione cf. **D** p. 176 sqq. n. 37[a]: 47 p. 120 'utraeque passiones acutae esse noscuntur' et saep., eademque constructione cognosci 39 p. 86, intellegi 65 p. 158, monstrari 29 p. 57 'quibus suffusio imminere monstratur' (etiam CA), ostendi 55 p. 142 'unde Hippocrates dixisse ostenditur..' al., manifestari 38 in. 'tetanica passio tres distantias habere manifestatur', 35 p. 76 al., nuntiari 29 p. 57, probari (etiam CA): 35 p. 75 'innoxia esse probatur', 55 p. 143 al., h. g. alia*). — obtrusio: 44 p. 110 epatis, 28 p. 44 'sordiculae (gen. subi.) obtrusione facta', ib. p. 46 plur., 29 p. 49. — obtunsio: 42 p. 100 uisus al. — percussus, us: 32 p. 66 'dentes ex percussu agitantes', 29 p. 58 bis, 66 p. 160 al. — peruncti o: 38 p. 85, 61 p. 150 al. — plenitudo: 1 p. 6 capitis, 29 p. 48 sanguinis, 39 p. 87, 42 p. 103 humorum, 54 p 140 cibi aut uini al., CA t. II, 2, 18 al. — praefocatio: 77 matricis, 24 p. 40 al. — praelauare: 31 p. 63 'praelotis naribus', 48 s. f. — [50]*patiens subst. (Patient): 37 p. 83 'penicillos ori patientis applicare', 6 p. 13 patientes, et passim (sic et Augustin. gen. ad lit. XII, 17, 35), eademque ui laborans subst. 42 p. 98 'ipsum laborantem super laneo stramine iacere facies', 41 p. 94 et saep.; — item passio pro morbus, ut apud Coel., ita apud nostrum quoque crebro inuenitur, ut praef. p. 1, c. 3 p. 11, 40 phthisica p. etc., eademque fere significatione, ut apud Coelium quoque, aliquoties querela, ueluti 34 p. 73 'stricturae querelam relaxando', 46 p. 118, uel causa prf., 42 p. 97 al. (cf. inf. B, b, 14 *causatio). — *potare: quem quo 44 p. 109 'absinthii infusione ieiunos

---

*) Nota etiam apud nostrum nosse (pro ualere, ut 21 p. 35, 19) cum infin., ut 59 p. 148 'nouit (trispermum) crassitudinem flegmatis incidere', 24 p. 41 26 p. 43, 29 p. 58, 65 ex. al. Cf. CA t. V, 10, 111: didicerunt et ea loca materiae transitum sustinere.

eund. ib. V, 28 *sine aliquo ineuitabili naturae coactu* al., coactibus Mart. Cap. VIII, 814. — commundare: Col., Obseq. 115 (simulacrum Junonis) *commundatum supplicationibus habitis,* S. S. transl. uet., Herm. Past. III, 9, 8, Vlp. Dig. — conflatilis: Vulg., Aug. C. D. XVIII, 31, 2 al., Prud., Cassian. incarn. Dom. II, 3 *conflatili statuae.* — confouere: Afran., App., Hier., Vulg., Aug. c. Jul. III, 15, 29, Prud. Perist. XI, 138 *caput.. molli confouet in gremio,* Cod. Th., inscr. — ad coniuentia HA p. 9: Hilar. in Matth. 10, 12 *extorquere aut silentium nostrum aut coniuentiam tentant,* Cassian. coen. inst. III, 9, Greg. h. Fr. V, 14 *sine fratrum c.,* IX, 38 *si uos nullam coniuentiam praebuissetis,* IV, 16 al. (Macr. et Mar. Victor. add. De-Vit, Codd. Theod. et Just. Rönsch p. 311). — conspectus plur.: Arat. actt. I, 851: summi in conspectibus Domini, II, 799. — conuerse: Boeth. comm. in Arist. intpr. ed. prim. II, 13 p. 273. — [30] *conuigescere:* Arat. actt. I, 257 *ac sospite* (l. atque hospite; cf. II, 798) *gressu conuiguere pedes* (conuiguere e libro quodam mscr. ascriptum in margine exemplaris, quod fuit F. Haasii, — conuixere ed. Arntzen). Respicitur S. S. Actt. Ap. 3, 7 sq. — ad coruscatio HA p. 9: Non. p. 19[a] *fulgura dicuntur coruscationes* (subi.) *a fulgore,* Firm. m. I, 2, Greg. h. Franc. IV, 16, et quos cit. Rönsch p. 311 locc. S. S. et eccl. — *costatus* (a costum): Garg. Mart. med. ed. Rose 61 inscr. *De uino costato faciendo.* — crementum: locis ap. De-Vit. add. Coel. Aur. sal. praecc. 51, Drac. c. VI, 101, satisf. 237 *luna crescente fretum crementa resumit,* Arat. actt. apost. I, 199 (cl. Barth ad l.) II, 842, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. X, 20. — *cedere pro concedere: Tert. idol. 17 *cedamus succedere alicui posse ut..,* Egesipp. III, 22 *delicti gratiam cessit,* Arat. actt. I, 301 *qui mortua surgere cedit,* II, 104, 594, ad Florian. 24, cf. actt. I, 399, 490. — *censeri nomine, cognomine.. q. appellari Val. Max., App., «Tert.», Lampr. Alex. 26, 9 *palatium cum stagno, quod Mammaeae nomine hodieque censetur,* Arnob. V, 44 *qui censentur his nominibus,* ib. 45, I, 3, ib. 13 abs. *ex quo coepimus esse christiani et terrarum in orbe censeri,* Itin. Alex. 5, cf. Ser. Samm. 16. — *circumstantia transl.: «Quint., Gell., Tert.», Aug. c. Cresc. IV, 16 *nec ex ipsa circumstantia lectionis quid sit intellegis,* id. c. duas epistt. Pelag. I, 11 al., «Boeth.». — *coartare (uel artare) quem ad quid: Vop. Tac. 4, 6 *uix sententias, ad quas nos locus artat, edicimus,* Sulp. Seu. Mart. 23, 3 *signis quibusdam plerosque ad credendum coartabat,* Vict. Vit. persec. Vand. I, 12 *qui coartaret ad tradendum ministeria diuina sacerdotes,* Cod. Theod., inc. auct. de S. Helena 37. — *cogitare pro coactare: Treb. Gall. 14, 8 *militibus cogitatis quasi certum processit ad proelium,* et sic fort. Arn. VI, 15 *nouitatis aliquid fictio corporibus his* (sc. simulacris deorum) *addit, ut adiectione ipsa cogitemini* (cod. cogitamini) *aliquid eis credere diuinitatis collatum?* — *commemorari pro act.: S. S. Exod. 23, 13 ap. Tert. idol. 20 *nomen aliorum*

ne commemoremini, «Aug. enarr. in ps. 54», — eadem deponentiali forma i. recordari saep. in S. S., ut Gen. «42, 9» ap. Aug.: commemoratus est somniorum, et ap. eccl. Rönsch p. 353 al. Cf. HA p. 51 sq. (ubi add. Greg. h. Fr. IV, 16: nimium graue scelus perpretati sunt). — [40]*comprehendere abs. pro compr. mente, sensu (comprendre), quod raro Cic. dixit, ut 'quod comprehendi et percipi possit' (Klotz Lex.), Arat. actt. II, 320 (Macedonia) *salutiferam meruit comprendere linguam* (Pauli apostoli). — *conclamatus q. de salute desperans, mortuo similis (cf. russ. отпѣтый): locis ap. De-Vit. (ut App. dogm. Plat. II: conclamata et desperata corpora) add. Arat. actt. II, 1106 *conclamata piis animat sic pectora uerbis* al. — *concretio = τὸ concrescere cum aliquo: Cic. ap. Lact. inst. I, 5 *mens segregata ab omni concretione mortali* (i. e. cum corpore mortali), Tert. et Ambr. aliq., Aug. C. D. XV, 8, 1 *ambarum societatum discretio concretioque.* — *connectere q. inserere Georg. Lex. s. u. II, A (quod legitur e. c. Capit. Pert. 15, 8 'quam epistulam inserere nolui'. Vop. Aur. 43, 5): Plin., Treb. u. Gall., Capit. Pert. 2, 9 *praeter illam orationem, quam longum fuit conectere,* Vop. Tac. 19, 6, id. Firm. 2, 4, Jan. Nepot. prf. *nonnulla praetermissa conectam.* — *consentire alicui, imperio alicuius q. in partes alicuius transire: Vulc. Auid. Cass. 9, 2 *Antiochensibus, qui Auidio Cassio consenserant,* 7, 2, Cap. Ant. Ph. 25, 8, Treb. Gall. 3, 2, id. XXX, 21, 1, 22, 5, — Vulc. 6, 6 *ab Antiochensibus, qui imperio eius consenserunt,* — ead. signif. in quem: Vict. Caes. 8, 5 *Vespasianum, in quem iam Syriacae cohortes ob egregia uitae consenserant.* Porro idem fere est sentire cum aliquo Spart. Seu. 9, 9 *qui omnes* (Parthi, Adiabeni) *cum Pescennio senserant,* contrarium [45]contradicere imperio alicuius Capit. Maxim. Balb. 8, 2 *populus Romanus imperio Maximi contradixit;* cf. fauere contra aliquem C. Ver. 6, 2. — *consequi (sc. intellectu): Rhet. ad Herenn. «II, 31, 50»: haec si diligenter fueris consecutus, . . tua perceptione laetabere, Treb. XXX, 28, 2 *breui consecutus quae insinuauerat grammaticus.* — add. in HA c. III, 4: constitit i. compertum est, patuit freq. scrr. hist. Aug., ut Spart. Hadr. 12, 5 *ubi furiosum esse constitit, medicis curandum dedit,* Pesc. 3, 8, Cap. Macr. 7, 4, Lampr. Al. 44, 5 *plerisque* (oratoribus forensibus) *etiam annonas dedit, quos constitisset gratis agere,* cf. Macrob. comm. I, 20, 30. — Treb. XXX, 12, 2 *constitit debere aliquem principem fieri,* et saepius ap. illos constare id dici uidetur quod creditur (uel traditur) consensu potius quam certum sit, ut Cap. Maximin. 11 in. (Alexandrum) *a Maximino apud eos occisum esse constabat, nec aliud persuaderi potuerat,* Sp. Jul. 4 ex., L. Diad. 4, 6 (al. ib. 6, 8—10 satis c. al.). — *contexere (uerba . .) q. componere: Vop. Aur. 30, 3 *epistula syro sermone contexta,* Cap. Ant. Ph. 19, 2 *fabellam uulgari sermone contexunt, Faustinam . . amore succensam . .* etc. — *conuenire aliquem q. petere, compellare, uel certe admonere: Tert. apol. 10 *sa-*

crilegii et maiestatis rei conuenimur, 31 *de quorum maiestate conuenimur in crimen* al., Vop. «Aur. 41, 12», Lampr. Diad. 8, 4, freq. Firm. err. prof. relig. p. 13 Burs. *salutari persuasione conuenti,* p. 14, 41, 42, 45, Firm. math. VIII, 33 *tu praecedenti admonitione conuentus* al., ICti (conu. alqm lege, furti actione..). — [50]*curare aliquem = θεραπεύειν (bedienen): Plin. ep., Spart. Carac. 5, 3 *circa eos qui eum curabant crudelissimus,* «Hadr. 4, 5», Lampr. Hel. 31, 7 *ut mulieres psilothro curaret, ipse quoque barbam psilothro accurans, et.. eodem* (loco) *quo mulieres accurabantur;* al. Cap. Alb. 5, 7 (testudinem) *curari iussit* (uid. in alueoli speciem formari). — [50a]*consonantia trnsl.: Tert., Hier. uir. ill. 56 Moysi et Jesu. — **diductio**: Sen., Caper 2241 *si maiestas scribis, -stas in diductione uocis esse debet, non -tas.* — ad discussor **2**: Arator actt. II, 841 meriti, Ennod. ep. IV, 13 *Deus, discussor sensuum.* — *distemperatio:* Gargil. med. ed. Rose p. 211 *quibus ex distemperatione caloris stomachus patitur uel quibus ex cholerico humore repletur, iuuat* (sc. medicamentum, de quo agitur) *remoto.. gingibere et pipere;* cf. distemperantia Pl. Val. **A** p. 22, distemperare id. (cit De-Vit). — doctisonus: Sidon., Arat. actt. II, 446 *profari doctisonis modis* (id. doctiloquus II, 318 et h. g. al.). — *damnare pro punire dici uidetur Lampr. Alex. 28, 2 *fures damnans acerrime,* 32, 2 al., Spart. Hadr. 21, 2 *damnatis omnibus libertis suis quicunque se de eo* (quod aliquid apud illum possent) *iactauerant,* id. Car. 5, 7, id. Hadr. 7, 7 *damnatorum bona in fiscum redigi* coll. Lampr. Al. 46, 4 *dabat in beneficiis bona punitorum.* — *debere in circumscriptione coniunctiui postulatiui: Greg. M. ep. I, 44 *praecipimus, ut.. debeant accipi* pro: accipiantur, I, 28 *suggestionem me apud dominos fecisse, ut.. Anastasium transmittere debuissent,* X, 45 al., auct. de S. Helena 12, cf. Carpent. ap. Du Cange s. u. (huc uergere uidetur Capit. Maximin. 22: Maximiniani milites iactasse dicuntur Apollinem contra se pugnasse debere, müsse.. haben); al. (cf. HA III, 3) [55a]deberi M. Ant. ap. Vulc. Cass. 2, 2 *si ei diuinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiamsi uelimus,* Spart. Pesc. 3, 2 *neque sibi* (Juliano) *neque Pescennio longum imperium deberi, sed Seuero.* — *decolorare transl.: Lampr. Alex. 2, 2 *post illam cladem* (Heliogabalum dicens) *quae non solum Antoninorum nomen decolorauit, sed etiam Romanum imperium dehonestauit,* «Cap. Ant. Ph. 9, 10», Aug., all. postt. (ap. De-Vit). — *deferre alicui (plurimum, tantum.. uel abs.) = honoris causa uel meritorum contemplatione tribuere, concedere: Spart. Hadr. 8, 10 *exsecratus est principes, qui minus senatoribus detulissent; Seruiano sororis uiro, cui tantum detulit, ut ei uenienti de cubiculo semper occurrerit, tertium consulatum.. non petenti concessit,* Capit. Ant. Ph. 2, 2 *quibus* (magistris suis) *ut disciplinarum auctoribus plurimum detulit,* ib. 2, 5, ib. 5, 5, 10, 2, 20, 5 *omnibus sororibus et affinibus et liberis iuris et honoris et pecuniae plurimum detulit,* Max. Balb. 13, 4 *senatui plurimum deferebatur,*

leges optimas condebant, Gord. 6, 4, Lampr. Alex. 44, 5, Treb. Claud. 14 ex. *haec non quasi tribuno sed quasi duci detuli, quia uir talis est, ut ei plura etiam deferenda sint,* 15, 4, Impp. Valens, Grat. et Valent. Cod. Theod. XIII, 3, 11, *Treuerorum clarissimae ciuitati uberius aliquid putauimus deferendum,* ib. 14 (Impp. Valentin., Theod., Arc.) *ea quae principes ueteres archiatris sacri palatii . . detulerunt;* absol. (ut nos deferiren) Treb. Gall. 20, 4 *Saloninus puer his* (conuiuis militaribus, qui cingula posuerant) *auratos balteos rapuisse perhibetur, et . . postea rogati ad conuiuium cincti accubuerunt, cumque ab his quaereretur, cur non soluerent cingulum, respondisse dicuntur: Salonino deferimus,* Jan. Nepot. 10, 10 *adulescentes grandioribus quasi patribus deferebant* (al. Sp. Hadr. 5, 9, V. Aur. 28 ex.). — *deficere prorsus pro mori: praeeuntibus propemodum iam Sen., Tac., Suet. Treb. Claud. 13, 3 *Constantina* (soror Claudii) . . *in primis annis defecit,* Ampel. 2, 6, Veget. mil. II, 20 *ut, si quis ex contubernalibus defecisset, de illo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa,* Sulp. Seu. dial. II (III), 7, 3 *eo anno quo ille* (Martinus) *defecit, rursum incubuit rediuiua tempestas.* — *delegare aliquem de aliqua re Lampr. Al. 67 *tu eos* (eunuchos) *eo loco habes, ut nec chlamyde uti iusseris, sed de necessitatibus domesticis delegaris* pro alicui aliquid, ut u. c. est Cap. Ant. Ph. «10, 2», cf. allegare Lampr. Al. 49, 2 *pontificatus . . codicillares fecit, ita ut in senatu allegarentur.* — [60]*denominatio 7: al. Vel. Long. orth. 2228 *quod aliae quoque denominationes* (ab eo q. e. manus) *per eandem literam* (i) *exeant, ut cum manicas, maniculam* (dicimus). — *deponere: Lampr. Al. 54 in. *deponite* (= demittite), *inquit, dexteras contra hostem erigendas.* — *deportatus abs. (sc. in insulam; cf. Vlp. Dig. XLVIII, 22, 7): Spart. Car. 3, 1 *deportatis reditum in patriam restituit,* Seu. 14, 9, Cap. Ant. Ph. 26, 11 (al. L. Al. 15, 4). — *desidere: Treb. Val. 6, 8 *apud uos* (imperatores) *censura desedit* (i. uobis delegata uestrae potestati inhaesit), *non potest hoc* (censuram agere) *implere priuatus.* — *detinere: in custodia Cap. Maximin. 13, 5, abs. Cod. Theod. XI, 39, 7 *ut scripturae falsae reos esse detinendos,* cf. Dig. XLVIII, 19, 28, 7; al. L. Comm. 2, 6 (adhibitos custodes uitae suae honestiores ferre non potuit,) *pessimos quosque detinuit et summotos desiderauit;* al. HA p. 59 et 53*. — ad *dirigere aliquem sup. p. 7: Arat. Ad Parthen. 21 *quo directus eras,* Greg. h. Franc. IV, 42 *nonnullos cepit et regi direxit,* IV, 16 al., dirigere abs. Vop. Prob. 19, 6 'occisi sunt multi (leones), qui dirigere nolebant, sagittis', cf. Greg. h. Fr. IV, 14 'his incitatus uerbis (rex Francorum) ad eos (Saxones) dirigit'. — *discere: inf. s. u. *scire. — *disserere in haec uerba: Vop. Tac. 5 ex. *Maecius in haec uerba disseruit,* it. 8, 3, Sat. 10, 1 (cf. formulam: in hanc sententiam, quam exemplo ueterum etiam scrr. h. Aug. usurpant, ut C. Gord. 25, 6 'epistulam graecam fuisse, sed in hanc sententiam', sc. uti latinis uerbis 24, 2—5 legimus, Vop. Prob.

7, 5 al.). — ad exemplarium **D** p. 270: Adam. Martyr. de b et v p. 166 K (exemplariis). — ad extimus HA p. 99 et Neue FL II, 107: Cl. Mam. an. II, 12, 2 *usque in extima transmundana.* — *efferre rebelles animos, spiritus: Spart. Hadr. 5, 2 *Lycia ac Palaestina rebelles animos efferebant,* Treb. Cl. 11, 8 *Claudius omnes qui rebelles animos extulerant conducto exercitu rapit atque in uincla Romam mittit,* Aur. ep. ap. V. Aur. 38, 3 *monetarii auctore Felicissimo ultimo seruorum rebelles spiritus extulerunt;* sim. uidetur poet. erigere iras. — [70]*efficax i. aptus rebus gerendis, strenuus: Hor., Cael. ap. Cic., Treb. Gall. 15 in. *imperatorem fortem efficacem,* Amm. XV, 5, 2 *Siluanus, ut efficax, ad haec corrigenda principis iussu perrexit* (in Gallias), cf. id. XIV, 8, 5 (efficaciae impetrabilis rex). — *effingere: similibus adde Macrin. ap. Lampr. Diad. 7, 7 *di faxint, ut ille* (filius eius modo Antoninus appellatus) *Antonini meritum effingat;* eod. modo simplex uerbum Sp. Car. 5, 2 *quamuis aliquando fingeret et benignum* (se fingere bonos Sen.). — *effligere ui attenuata Capit. Ver. 4, 6 *saepe* (uagatum nocte per tabernas) *efflictum liuida facie redisse.* — ad *emendare p. 7: al. q. castigare (per poenam) Lampr. Alex. 51 *per praeconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat 'quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris',* Dig., Nou. Th. II. — *erumpere dicuntur barbari finibus suis egressi irrumpentes in Romanorum orbem Vop. Tac. 13, 2 *a Maeotide multi barbari eruperant,* id. Aur. 6, 3 *erumpentes Sarmatas in Illyrico attriuit,* 18. 3, 19, 4 *cum nunciatum est Marcomannos erupisse,* Spart. Jul. 1, 7 *Cauchis . . erumpentibus restitit.* — *expendere, quod interpreteris verausgaben (dépenser), verbrauchen: Spart. Seuer. 23 *moriens VII annorum canonem, ita ut quotidiana LXXV milia modium expendi possent, reliquit,* Vop. Prob. 23, 2 *aeternos thesauros haberet resp., nihil expenderetur a principe, nihil a possessore redderetur,* — L. Al. 40, 3 *in thesauris uestem nunquam nisi annum esse passus est eamque statim**) *expendi* (¿ i. expensam ferri) *iussit. omnem uestem*

---

*) statim scrr. hist. Aug. saepius pro: mox, paulo post, deinde usurpant, ut Capit. Gord. 18, 5 'in qua (praetura urbana) tantus iuris dictionis gratia fuit, ut statim consulatum, quem pater sero acceperat, mereretur', Ant. Ph. 16, 1 'ut in filium . . cito nomen Caesaris (contulerit) et mox sacerdotium statimque nomen imperatoris ac triumphi participationem', Pert. 2, 6, Spart. Seu. 19, 5 (inf. s. u. *inuidere), Hadr. 23, 13, Lampr. Hel. 5, 1 'cum hibernasset Nicomediae atque omnia sordide ageret, statim milites facti sui poenituit, quod in Macrinum conspirauerant . .', cf. Vict. Caes. 41, 22 'igitur confestim (post Constantini mortem) Dalmatius interficitur, statimque triennio post . . fatali bello Constantinus (iunior) cadit'. Cf. actutum Vop. Aur. 14 s. f. 'sit Aurelianus heres . . Vlpio Crinito iam consulari uiro ipse actutum te (imperatore) iudice consularis': nempe eo ipso die Valerianus illum designauerat consulem petiturus a senatu, ut eum crearet; — et apud Orosium continuo: VII, 19 'Maximinus imperator creatus persecutionem in christianos exercuit. Sed continuo, hoc est tertio quam regnabat anno, a Pupieno Aquileiae interfectus . .', 23 'Claudio a senatu statua aurea decreta est, sed continuo apud Sirmium, priusquam biennium in imperio expleret, morbo correptus interiit' al. Cf. Zeitschr. f. österr. Gymn. 1874, p. 579 sq. in ann.

quam donauit ipse perspexit. — *expugnare i. excidere, deuastare esse uidetur Capit. Ver. 8, 3 *Cassi* (uitio), *a quo contra fidem Seleucia, quae ut amicos milites nostros receperat, expugnata est* (cf. Plin. VI, 31, 139: flumina id oppidum expugnauere, postea restituit Antiochus); sim. Tert. apol. 24 *ueram religionem non modo negligendo, quin insuper expugnando,* id. Val. 4 *ad expugnandam conuersus ueritatem* (expngnatoria dominatio id. «an. 57» p. 646 O.); cf. et. Coel. Aur. ac. I, 8, 56 *eos qui . . dixerunt, ita expugnamus* (i. refellimus), et sicut ap. hunc c. obi. pers. Treb. XXX, 11, 3 *cum Gallienus expugnare uirum fortem frustra tentasset,* Lact. mort. pers. 26, 5 *mittit eum cum exercitu ad expugnandum Maxentium,* Aq. Rom. 22 *ad expugnandos hostes inertissimus;* Hier. uir. ill. 1 *ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit.* — *exspoliatus q. excoriatus: Coel. Aur. t. II, 13, 176 (amygdalae). — ad fecundare sup. p. 4, HA p. 14 et De-Vit s. u.: Sid. ep. VII, 15 *uere propriam terram fecundabitis, si ecclesiam plus colatis,* IX, 7, Arat. actt. II, 866 *Dominus plantaria uestra fecundare ualet.* — ad flammiuomus **3** * p. 10: Arat. actt. II, 531 (sol). — [80]ad fluctiuagus (ind.): Arat. II, 1088 *fluctiuagae puppi.* — *facere uerbi ap. scrr. hist. Aug. usus in constr. c. obi. paulo insolentioris, licet auctoritate non plane carentis, exempla sunt: Capit. Max. Balb. 5, 5 *pueritiam omnem in domo parentis Pinarii fecit,* cf. Rönsch p. 366 (min. ins. Lampr. Al. 27, 3: geometriam fecit, pinxit mire, Hel. 12, 1 histrionicam facere), — Treb. XXX, 28 *ut dicatur potuisse summum Latinorum rhetorem facere* (fortiter facere, ut Tr. ib. 12 'cum in diuersis proeliis ad exemplum f. faceret', id. Cl. 9, 7, V. Prob. 5, 1, iam antiquiores, ut Quint.). — *fatigare adaucta, ut uidetur, ui plus quam sollicitare, propemodum i. profligare: Treb. Cl. 11, 6 *milites secundis rebus elati, quae sapientium quoque animos fatigant, . . ut non cogitarent a paucissimis se posse fatigari,* cf. XXX, 30, 1, Cl. 7, 4, Dict. I, 19 *lues multa milia fatigat,* cf. II. 30 (non ita C. Max. Balb. 10, 1, V. Aur. 26). — *ferire prorsus pro occidere: Cap. Maximin. 16, 6 *hostis senatus ubicunque feriatur,* «id. Clod. Alb. 3, 1, L. Diad. 8, 8», Amm. XVI, 8, 10 *Constantius impendio timidus semper se feriri sperabat* (feriturus Ambr. apol. Dauid 6, 27, cf. Neue II, 585). — *feruere c. inf.: Claud., Arat. actt. II, 96 *obscuris radios infundere feruens mentibus,* ueluti e. c. ardere c. inf. Verg. Aen. II, 105 'ardemus scitari et quaerere causas' al., saeuire Ou. Met. I, 200 'manus impia saeuit Romanum exstinguere nomen'. — ad *festiuitas sup. p. 8: can. conc. sec. Araus. 1, 25 *qui nobiscum ad praefatam festiuitatem conuenerunt.* — *fieri ut pass. eius q. e. facere usurpati exempla notabilia ap. scrr. h. Aug. sunt: Capit. Pert. 2, 9 *doluit Marcus, quod* (Pertinax) *praefectus praet. fieri a se non posset,* Spart. Seuer. 5, 7 *senatus consultum fieri fecit de participando imperio cum Seuero* (fieri fecit inscr. cit. De-Vit), ib. 7, 5, Ver. Caes. 7, 1 (Hadrianus iussit) *templa* (Vero) . . *fieri* (portus fieri Quint.),

Lampr. Diad. 3, 1, Al. 36, 2, Tr. Gall. 18, 2 et 4, Vop. Tac. 9, 5, 10, 4; Tert. idol. 4 in. *idolum tam fieri quam coli Deus prohibet,* Gennad. cat. 73: passus est se ab uno episcopo in locum occisi episcopum fieri. — [86a]*fundere abs.: Honor. cosmogr. Jul. Caes. 7 (brachia Oxi) *fundunt in flumen magnum qui appellatur Ganges* (in all. effundunt, — al. se infundere, ut 9, se diffundere, ut 12, sed et diffundit abs. 10, infundere 24); cf. egerere abs. ib. *Theriodes fluuius egerit in mare Caspium,* 20 al. (7 egestio Oceani, 33 fluminum; — al. Th. Prisc. 1, 5 cauernas egestionis). — ad gratanter HA p. 15 (et Rönsch 153): Sid. ep. VI, 2 *gr. habitura,* Facund. def. tr. cap. X, 2 *gr. accipere,* Cassiod. inst Diu. 23 *conuiuiis gr. intercerat,* id. Var. VI, 3 al. — *generatio: Boeth. comm. in Ar. intpr. ed. prim. 14 *generatio semper ex oppositis est: quotiens enim aliquid fit album, non fit ex dulci etc., sed ex non albo,* ib. inf. *generationes dico esse quae fiunt ex his quae id quod fiunt non fuerunt* al. — *gentilis i. q. graeca positione ethnicus eccl.: Tert. ad natt. I, 8 *gentile illud genus inter populos deorum,* et abs. id. cult. fem. II, 4 *ex illa scelerata in nos opinione gentilium* et ib. sup., Hier., Vulg., Prud., Sedul. carm. pasch. I, 1 (poetae), Arat. actt. I, 867 (stirps), II, 138 al. — [90]*grauari de aegrotante q. grauius se habere: Capit. Ant. Ph. 28 (sexta die uocatis amicis . . dixit . .) *septimo die grauatus est, et, solum filium admisit,* id. Ant. P. 12, 5 *alia die febre commotus est tertia die, cum se grauari uideret, Marco remp. et filiam commendauit* (cf. ingrauescere HA p. 134). — haringus (hareng): Garg. med. ed. Rose 62 *pisces natura pingues, ut sunt salmones . . et sardinae uel aringi;* cf. Du Cange. — immeditatus pass.: App., Martyr. p. 194 *hanc partem immeditatam relinquere;* adu. Gell. — incassus adi. (ex in cassum!): Sulp. Seu. dial. II (III), 10, 3 *non incassa futura tentamina.* — ad inceptiuus **A** p. 39 et 20*: Caper 2240 *inceptiua* (sunt) *sordescit acescit.* — inconnexus: Aur., Boeth. comm in Ar. intpr. ed. prim. I, 8 *talis iuncturae, quae res sibimet inconexas copulat;* M. Victorin. (asynarteta i. e. inconnexa). — *inscrutatus:* Martyr. p. 167 *haec inscrutata relinquimus.* — [96a]inuergere: lexicis ind. Honor. cosm. Caes. 46 (Nilus) *per octo brachia procurrens se inuergit mari Carpathio,* ib. 47. — *iactare q. syn. dicere, perhibere: Spart. Hadr. 14, 7 *oracula quae Hadrianus ipse composuisse iactatur,* Tr. Cl. 15, 1 *desine conqueri, quod Claudius adhuc est tribunus . .,* *unde etiam senatum et populum conqueri iactabas* (iactitare id. ib. 2, 4 *doctissimi mathematicorum . . neque amplius* — quam CXX annos — *cuiquam iactitant esse concessos);* — se iactare de aliqua re Tr. XXX, 30, 2 *quae se de Cleopatrarum Ptolemaeorumque gente iactaret* (sc. esse iactanter diceret). — *innectere = connectere sup. s. u.: Vop. Aur. 20, 1 *quas* (sententias senatorum) *longum est innectere,* 22, 4 *sed omnia libro innectere nec possumus fastidii euitatione nec uolumus;* — eodem modo contexere Lampr. Al. 48, 6 'scio uulgum hanc rem quam

contexui Traiani putare' (idea eadem pertexere de narratione ad finem perducenda Vop. «Aur. 15, 1»: longum est cuncta p.; cf. retexere trnsl., ut Tert. test. an. 4: longum est retexere Curtios et Regulos uel graecos uiros .. et saep., it. Stat., App., Lampr. «Al. 6», Aus., Amm., Claud.); — apponere (παραιθέναι) Cap. Pert. 15, 8 'epistulae quae uitae illius a Mario Maximo apposita est, quam ego .. inserere nolui' al. (cf. HA p. 61 sq.); freq. indere, tu praeeunte Gell. Spart. Hadr. 2, 9 (Jouis responso) quod Apollonius Syrus libris suis indidit', Lampr. Comm. 15, 4 actis urbis, 11, 11, absque dat. Vop. Aur. 20, 4 (epistulam) indidi ad fidem rerum', Lampr. Comm. 18, 2 'ipsas acclamationes de Mario Maximo indidi', Al. 53, 1, C. Ant. Ph. 25, 10 al. (cf. subdere Vulc. Cass. 11, 2 'cui Antoninus quid rescripserit subdita epistula perdocebit'; adde exprimere Tr. Cl. 10, 1: bene uenit in mentem, exprimenda est sors .. Claudio data Commagenis; — denique cf. HA p. 155). — ad *insinuare sup. p. 10: Treb. XXX, 28, 2 (sup. s. u. *consequi), Cl. 17, 2 *Claudium insinuatis sibi falsis plerisque grauiter irasci,* Cap. Gord. 25, 2 *te insinuante didici quae inclusus scire non poteram* (at magis priorum more Lampr. Al. 21, 8: quis quo esset insinuante promotus), App. mund. 27, Amm. XXV, 8, 12, Boeth. geom. p. 413, 2 Frdl., all. postt. — [100]*insistere: Vel. Long. 2236 *non euellendam* (ex iis q. s. coniunx, seiunx) *hanc n literam, quam sonus enuntiationis insistit;* — Martyr. de b et v prf. *artem grammaticam nostris auctoribus recte scribendi loquendique gratia uisum fuit insistere.* — *interest abs. i. q. operae pretium, utile est: Lampr. Alex. 6, 1 *interest relegere orationem qua ..,* Vop. Aur. 11, 1 nosse, Vulc. Cass. 12, 1 scire, it. Sp. Car. 10, 1, Vop. Tac. 3, 1 ut sciatur, Cap. Gord. 11, 1 *interest ut senatus consultum .. literis propagetur* (ut uulgo Tr. Cl. 1: interest eorum qui .. cognoscere). In med. lat. τὸ interesse subst. (das Interesse, l'intérêt): u. Du Cange. — *inuidere pro subtrahere, auferre: Spart. Seu. 20 *unum* (filiorum Seueri) *parricidium, alterum sui mores reip. inuiderunt,* cf. ib. 19, 5 *ianuae ad portam nominis sui* (Seueri), *quarum forma intercidens statim usum publicum inuidit.* — ad *languor q. aegrotatio HA p. 121: Ser. Samm. 65 *Sylla tali languore* (i. e. phthiriasi) *peresus;* itemque languens abs. q. aegrotans: Arat. actt. I, 473: anheli corporis aestus ignaro languente rapit (i. aufert). — *laqueare se i. laqueo collnm inserere: Tr. XXX, 9, 4 *fertur laqueasse se atque ita uitam finisse,* Lact. ad Stat. — *larualis ¿ transl. Arator actt. I, 479 (hostesque a sensibus atros proicit) *ac nebulis larualibus exuit artus* — aegrotantium, puto, siquidem de Petro sanante morbis afflictos poeta loquitur 464—86, nec diserte de spiritus mali eiectione (de qua 'larualem purgationem' Aug. dixisse obseruauit Arntzen), de utroque sane S. S. Actt. 5, 16. — *libere paulo insolentius Spart. Hadr. 23 Hadrianus *uim crudelitatis ingenitae usque eo repressit donec .. profluuio sanguinis paene ad exitum uenit. tunc libere* (i. indubitanter) *Serui-*

anum quasi adfectatorem imperii..mori coegit; magis proprie Vop. Car. 20, 4, Cap. Pert. 13, 5. — [106a]linquere intr. et, ut uidetur, pro delinquere trnsl. q. peccare Drac. satisf. 39: liquit et antistes senior pater ille Johannis elinguisque fuit; cf. ap. eund. intrans.: crispare c. VIII, 352: uenabula cernens uenantis crispare manu, 412 al., flagellare c. X, 483: (Furiae) anguibus horrendis per regia tecta flagellant, frangere et temperare c. VIII, 330: temperet inuidia, frangat dolor, ira quiescat, siccare c. IX, 86 siccantibus undis (cf. **D** 290). — [106b]**m***ersus,* us: [Aeth.] cosmogr. 7 *eorum* (fluminum) *ortus cursus mersusque.* — metiri pass.: Claudian. Mamert. stat. anim. II, 4, 1 'nec mensuram quae metitur, sed qua metitur'; cf. int. cett. pollicitam sed redde fidem Lact. (?) pasch. 65 (ad Neue FL II, 314), ut ab omnibus miraretur Greg. h. Fr. III, 24 (mirare act. iam Pomp., Varr., dein postt. cit. Neue l. l. 302). — [107a]metitor: Frontin., [Aeth.] cosm. 47. — multipartitus: Plin., Tert. praescr. haer. 7 (philosophiam) *ipsam quoque in suas haereses multipartitam,* Vigil. Taps. (ap. De-Vit). — ad mutabiliter **3**: Boeth. comm. in Ar. interpr. ed. pr. I, 9 *quaecunque sunt possibilia, mutabiliter eueniunt,* ib. p. 250. — [109a]ad *matrimonium meton. q. uxor HA p. 104: Jan. Nepot. 10, 6 *nec quisquam alienum matrimonium impudice uidebat;* — [110]ad *ministeria pro ministri ib.: Cypr. ep. 43, 1 *diaconi cum ceteris ministeriis* al., Sid. ep. I, 11, II, 2. — *Mediator: S. S. Gal., Hebr. et 1 Tim. 2, 5 intpr. uet. et Vulg., Lact., Prud. Apoth. 174 *Filius et nostri mediator et omnipotentis* al., Arat. actt. I, 67 et II, 301 (Tert. hac notione: sequester resurr. 51). — [111a]ad *medicabilis act. Gg s. u. II: pers. Drac. c. IX, 105: medicabilis te Chiron docuit pestes sanare. — *mercari abs. i. mercaturas exercere: Plaut. «Merc. 82» (et arg. Merc. II, 1), Colum. VII, 6, 8 (?), Capit. Pert. 3, 4 *fuit illic per triennium et mercatus est per seruos* (cf. 13, 4), Vulg. (ap. De-Vit). — *merere (-ri) aliquid abusione posterioribus perfamiliari (non tamen perpetuata ad modernos) pro impetrare, adipisci usurpati exemplis scrr. hist. Aug., quae sunt in Klotz Lex. (nam Georges et De-Vit hoc parum attenderunt), haec addimus: Spart. Seu. 4, 2 *Siciliam proconsularem sorte meruit,* Jul. 1, 8 et 2, 1, Pesc. 4, 6, Lampr. Al. 2, 4 (Caesaris nomen) *iam ante aliquot annos meruerat,* ib. 8, 2 (ex actis urb.) *adclamatum: .. Autonini nomen suscipe, mereatur senatus, Antonini mereantur,* Capit. Ant. P. 13, 4 (decreti sunt omnes honores qui optimis principibus ante delati sunt) *meruit et flaminem et circenses et templum..,* Maximin. 15, 7 *dis fauentibus Gordianum principem meruimus,* Claud. ep. ad Regalian. ap. Treb. XXX, 10, 10 *felicem rempublicam, quae te talem uirum habere in castris illis meruit* (item emerere Sp. Jul. 3, 3 *tribuniciam potestatem, ius proconsulare emeruit* (a senatu), id. Hadr. 12, 7, 4, 4 *secundo consul fauore Plotinae factus totam praesumtionem adoptionis emeruit,* (h. e. speratam adoptionem consecutus est) et promerere

Spart. Seu. 3, 1 *tribunatum pl. Marco imp. decernente promeruit,* Capit. Gord. 18, 4 et 5, Tr. XXX, 10, 3). Permulta posteriorum exempla adici poterant, aliqua addimus abhinc decennium e IV potissimum seculi literatura delecta: Minuc. (qui ipsis scrr. h. Aug. antiquior est) Oct. 5 *quodsi mundus diuina prouidentia regeretur, nunquam mereretur Phalaris . . regnum, . . Socrates uenenum,* Vict. Caes. 20, 9 *Britannos, quam prouinciam a Commodo meruerat,* 5, 15, 42, 14 *pedestre ad magisterium adolescentior meruerat* (i. ad. . . peruenerat, cf. Vulc. Cass. 1, 1), Eutr. IX, 15 *mors eius inulta non fuit; meruit quoque inter diuos referri,* X, 8. ib. 15, Itin. Alex. 12 *consensu cunctorum in Persas ducere exercitum meruit,* Amm. XV, 3 ex. *ueniam Arbetione meruere precante,* Pacat. Theodos. 21, 2, Hier. uir. ill. 4 (epistula Judae) *auctoritatem uetustate iam et usu meruit* al., Cod. Theod. XIV, 3, 10 *qui aliquid testamento uel donatione meruerunt,* XII, 1, 118 et saep. (promerere XI, 20, 5), Drac. carm. V, 51 (gaudebat turba reorum) *et ueniam meruisse putant,* VIII, 25, X, 316, 330, X, 595, id. satisf. 92, 180 (mereri sic sat. 159: confessus facinus ueniam pro clade meretur noxius impune, c. V, 60, 329, VIII, 284, 333), Fulg. Myth. I, 1, II, 5 et 17 (promerere II, 13). all. Sane etiam apud quosdam inter antiquiores latinitatis auctores interdum merere is dicitur qui consequitur aliquid, uerum apud illos quidem non sine sua quadam opera, ueluti Quint. inst. orat. XII, 11, 3: uidi Afrum quotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdentem, Plin. Paneg. 56: te consalutabant imperatorem nomenque quod alii domitis hostibus tu contemptis merebare, atque ita App. Met. II, 12: arcana fatorum stipibus emerendis edicit in uulgus, et sim. Vulc. Cass. «4, 6»: meruit timeri, quia non timuit, Sp. Car. 5, 2: cunctis turbatis qui in Gallia res gerebant odium tyrannicum meruit, Vop. Prob. 6, 1 et 12, 6 (emerere). Namque ne apud scrr. h. Aug. quidem desunt exempla manentis pristinae uerbi significationis (quae neque aboleuit unquam, et reuiruit in tempore abusioni superstes, cuius iam in med. lat. uestigia comparent rara, in nouellis dialectis haud scio an nulla): Capit. Gord. 7, 1: alium quam merebatur exitum passus est, Alb. 10, 8, Maxim. Balb. 4, 3, Maximin. 26, 3: qui, ut merebatur, occisus est, Lampr. Diad. 6, 2, Al. 32, 2, Vop. Aur. 31, 3: urbem, quia ita merebatur, euertit, Tac. 2, 3, Treb. Val. 6, 2: suscipe censuram, quam solus mereris, id. XXX, 6, 7: quem constat omnium iudicio m e r u i s s e puniri (nota a c t., in ceteris enim h. g. locis appositis est deponentialis), et sic partic. subst. m e r i t u m Cap. Max. Balb. 2, 1: meritis et uirtute clarior, Tr. Val. 5, 1 (promeritus Cap. Pert. 2, 1). Sed 'meritum' substantiue positum cum proprie diceretur de re gesta ab aliquo digna siue praemio aliquo siue poena, usu uenit ut translatiue etiam denotaret quemlibet effectum siue hominis siue etiam rei alicuius: 'grande loci meritum' iam Mart., porro pro qualitas, uirtus uel pretium rei diceretur, ut Pallad. saep., u. c. 'primi

saporis mella thymi succus effundit, secundi meriti thymbra' (cf. Gesner Lex. rust.), atque ita Cod. Theod. merita negotiorum, aedificia maioris meriti, ac, ne ad medii aeui ulteriores abusiones, e. c. pro prouentus (terrae), descendamus, Fulgentius, deuiae latinitatis auctor sanequam notabilis, meritum morborum dixit faciem, notas (h. e. effectum) eorum M. III, 10 p. 732 St., superbiae meritum (h. e. consequens poena) Virg. cont. p. 758, quinetiam ib. p. 749 'a partu recentibus matrem uidere datur (i. e. subiectum), non tamen statim cognoscere meritum contribuitur (sc. illud quod logici grammaticique praedicatum uocant i. e. qualitatem efficientiae subiecti), cf. ib. p. 744*). Ergo iam ap. scrr. h. Aug. merito alicuius est = effectu alicuius, propter aliquid: Capit. Gord. 22, 6 *amabatur merito aui et auunculi siue patris,* «Max. Balb. 9, 5», Tr. XXX, 22, 7 *Alexander .. uirtutum merito uocatus est* al., Spart. Ver. Caes. 7, 2 *illius merito* (propter amorem Helii mortui) *filium eius adoptandum Pio dedit,* et simili ratione Lampr. «Heliog. 6, 2»: in senatum legit (sine discrimine aetatis ..) pecuniae merito, militaribus etiam praepositurís .. uenditis; cf. Tert. apol. 14 *Aesculapium auaritae merito fulmine uindicatum.* — *mittere mettre: Lampr. Al 37 (conuiuium .. nitoris summi fuit, ita tamen) *ut pura mantelia mitterentur, .. aurata nunquam,* 40 *aurum* (in lineas) *mitti dementiam iudicabat,* Hel. 21 *misit et unas Apamenas in praesepia equis suis,* Vop. Aur. 46, 1, Prob. 8, 4 et 5, Apic. IV, 142 *cum despumauerís, mittes porrum ..* al. (IV, 131 adicies oleum), Th. Prisc. IV, f. 312[b] *mittis acetum in mortarium cum melle,* 311[b] al., atque ita freq. postt. — *monstrare, quod proprie est monentis, noue prorsus i. ostendere, exhibere: Vop. Aur. 23, 1 *Aurelianus duo statim praecipua, quod unum seueritatem ostenderet, alterum lenitatem, ex imperatoria mente monstrauit,* Treb. Cl. 13, 6 *cum ludicro .. luctamen inter fortissimos quosque monstraretur.* — *mundanus pro uulgatiore secularis (Tert., all.) i. profanus (mondain, weltlich) serotinum esse uidetur: Can. conc. Arausic. 1, 17 cupiditas, Sedul. dedic. p. 3 Arntz. sapientia, it. Arat. actt. I, 826, id. ib. II, 560 *ne criminis imbres tempestas mundana ferat,* id. ad Vigil. 10 *ecclesiam subeo .., perfida mundani desero uela freti,* Ps. Cypr. sing. cler. 30 homines al., Cassiod. (Tertull. significatione hac habet mundialis resurr. 47 uita al., idem adi. Hier., Prud., Salu. ep. 9 *hanc labem non ad mundiales tantum homines, sed etiam ad poenitentes atque conuersos .. peruenisse* al.). — ad *mundare sup. p. 8: adde Th. Prisc. II, chr. 10 *quibus reliquiae causarum possint mundari facilius,* Arat. actt. I, 476 *tactu nocentia mundans.* — *mundus adi. i. melioris notae (почище) Lampr. «Al. 42», Valer. ap. Vop. Aur. 9, 6

*) Nota etiam meritum pro dignitas, ordo Cod. Th. XI, 16, 18 'id ab omnibus meritis atque personis iubemus impleri', I, 15, 7 'cum praefecturae meritum ceteris dignitatibus antestet'.

panes militares mundos, opp. castrenses (mundus s. syn. ornatus habet etiam Cap. Maximin. 28, 5: ut nulla mulier nitidior esset in mundo, cf. Liu. XXXIV, 7). — [120]*mutare qm смѣнить кого: Capit. Pert. 12, 8 *nullum ex his quos Commodus rebus gerendis imposuerat mutauit*, Vict. Caes. 40, 30 *cum mutato rectore flagitioso aerumnarum uis manet*, — qua tamen significatione alias scrr. h. Aug., praeeunte Suet., successorem alicui dare uel mittere: Spart. Hadr. 9, 5, Ver. Caes. 6, 5, Capit. Ant. P. 5, 3 'nulli eorum quos Hadr. prouexerat successorem dedit', — Spart. Pesc. 2, 5 'eadem dementia etiam Seuero iam principi Julianus successorem miserat'. — ad *ne pro ne..quidem sup. p. 12 add. Lampr. Diad. 7, 2 *tam clarum fuisse Antoninorum nomen, ut illi ne deorum nomen commode uiderctur adiungi* (ceterum non fugit nos, quid censeat Madv. ad Cic. fin. p. 82 sq. ed. II). — *neglegere i. fastidire, auersari (ad Klotz Lex. s. u.): Treb. XXX, 22, 2 *saepe illic* (in Aegypto) *ob neglectas salutationes..seditiones*, cl. It. Al. 92 *iam salutari more mortalium neglegebat*. — ad *nosse p. 22 ann.: Tert. bapt. 3 *ne mirum sit in baptismo, si aquae animare nouerunt*, adu. Marc. V, 4 p. 286; saep. Fulgent., ueluti M. III, 3 *curiositas detrimenta nouit parturire*, III, 12 (uirtus) *pollui non nouit*, cf. Zink Der Mytholog Fulgentius p. 57; — Aur. ap. Vop. Prob. 6, 6 *isti enim sunt* (decimani mei), *qui praesules nisi futuros principes habere non norunt* (interpreteris: non consuerunt). — **o**bloquium **B** p. 448 n. 17, sing. sacram. Gelas. (De-Vit), Gennad. cat. 17 *illum ad obloquium stilum uertisse*. — [124a]ad oleosus **3**: Coel. Aur. tard. II, 13, 174 *ptisanae..non oleosae ac potius siccae*. — originatio: Quint., Ter. Scaur. 2251 *originatione, quam Graeci etymologiam appellant*, 2257. — *obtinere aliquem: Vop. Aur. 43, 4 *amouet a re p., quos debebat obtinere* (puta contra calumniantes). — *ordinare quem (unde ordiniren): Suet., Justin., Tert. scorp. 10 p. 522 Oehl., Lampr. (procuratores, sacerdotes), Amm. XXII, 11, 4, Hier. uir. ill. 17 *Polycarpus ab eo* (Johanne ap.) *Smyrnae episcopus ordinatus* al., Dionys. Exig. (ut: diaconi quicunque ordinantur), Greg. h. Fr. II, 39 et saep., cf. ordinatio Suet., Tert. praescr. 41 (al. aliter), Hier., ut uir. ill. 38 al., Sidon. (episcopalis), all. eccl, Nou. Valent., al. Salu. gub. D. VII, 227 ducum (q. dispositio). – ad **p**articipatio HA p. 23 add. (praeter «Cypr., Vulg. Ps.» Rönsch p. 76 et quae affert De-Vit) Sidon. ep. II, 4 *in locum mortui patris curarum participatione succedis*, Greg. M. ep. II, 18; al. i. participium Ter. Saur. 2256 *quare* (p) *participationibus* (ut sum-p-tus) *adiciatur ratio non est* (ad participare HA l. l.: aliquid Cypr. laps. 4 'cum singulis pectus meum copulo, maeroris..pondera..participo', Firm. m. II, 23). — [128a]ad pastura **3*** p. 13: [Aeth.] cosm. 25 'insulae..tantae uiriditatis, ut neque aestiuis mensibus neque hiemalibus pasturae admirabiles herbas dehabeat'. — pelligere pro pellegere = perlegere: Ter. Scaur. 2260 *pelligo ut omnes antiqui dixerunt*, inscr. «4848 Or.» —

[130]*pertortuosus:* Honor. cosm. Jul. Caes. 22 atque inde [Aeth.] cosmogr. 22 *eius* (Araris fluuii) *medietas habet aculeum pertortuosum Lugduno, ubi nascitur.* — [130a]ad perurgere HA p. 27 (et Rönsch p. 196): Auson., Th. Pr. IV f. 317[b] (materiae) *oppressione uentres perurgentur,* 318[a], Salu. gub. D. VII, 234 *agi se diuino iussu ac perurgeri,* Faust. grat. Dei II. 3, Greg. ep. I, 8 in. — *pexere:* uid. inf. s. u. repexere. — pituitosus: homo Cic. s., M. Ant. ap. Front., — Marc. Emp. 382 D *detrahit pituitosa.* — ad pomposus **3*** p. 14: Arat. actt. II, 756 cothurnus. — ad praelegere **5** et **D** p. 289: Arat. actt. I, 54 *ad messem praelecta manus.* — pusillitas: Ter. Scaur. 2264 *huius* (libelli) *pusillitas,* Tert. et all. eccl. — *pati i. experiri aliquid, πάσχειν (ad Georg. Lex. s. u. II, 1): saepe scrr. hist. Aug., ut Treb. Gall. 12, 5 *imposturam fecit et passus est,* Sp. Jul. 6, 8 (neque decebat, ut, cum senatus hostem Seuerum Juliani causa iudicasset,) *eundem Julianum pateretur infestum* (i. eiusdem hostilem in se animum experiretur), Seu. 8, 9 *seditionem ab exercitu passus est,* Car. 7, 4 *muliebres insidias,* Capit. Gord. 7, 1 (exitum aliquem pati i. habere), Max. Balb. 9, 3 *paene ictum lapidis passus est,* Maximin. 23, 4, Vop. Car. 2, 1 *quas uarietates sit passa Romana resp.,* et 4, 3, 2 *passa deinceps tot Nerones,* et 5; cf. Lampr. Al. 1, 4 *exponam causas, quibus id et senatus coactus est facere et ille perpeti* (nempe dignitates in se collatas), et ita (quamquam non ita noue) sentire Vop. Car. 2, 5: plus mali sensit quam habuerat boni; ceterum pati proprie ac solite L. Al. 49, 1: non patior mercatores potestatum, ib. 59, 6, C. Gord. 7, 2, et semper illi seq. acc. et inf., ut L. Al. 53, 4 (eccl. et medicor. usum uerbi pati et deriuatorum hic retractare supersedimus). — *peremptorius c. gen.: Boeth. comm. in Ar. intpr. ed. pr. II, 14 *ea* (fallacia) *quae putat non esse bonum quod bonum est secundum se ueritatis peremptoria est,* ib. inf. — ad *per se sup. p. 14: al. q. ultro uel pro ipse Spartianus, ut Hadr. 13, 10 *ut accusatores per se crederetur immittere,* Seu. 14, 4 (cf. Hadr. 22, 9: eos .. sponte ditauit); quanquam in oppositione — ut Ver. Caes. 4 'cum orationem siue per se seu per scriniorum magistros parasset' — et uett. ita, ueluti Sal. Cat. 39 s. f. 'quoscunque idoneos credebat aut per se aut per alios sollicitabat' (Kritz ad l.), item adiuncto ipse, ut Sp. Hadr. 17, 2, ita Sal. Jug. 96 'aliis per se ipse dare beneficia' al., all. (cf. Fabri ad S. Cat. p. 190). — [137a]pertendere trans.: Ter., Genn. cat. 88 *pertendit annorum seriem usque ad annum 532.* — *pertinere ad .. usu sensim delabente ad id quod in infima lat. dicebatur appertinere (appartenir): Lampr. Al. 58, 4 *ut* (sola donata militibus) .. *nec unquam ad priuatos pertinerent,* Tr. Gall. 21 *de annis Valer. et Gallieni ad imperium pertinentibus* (i. e. de numero annor.) *incerta traduntur;* — id. ib. inf. 'multa ab eo gesta quae ad uirtutem, plura quae ad dedecus pertinebant', XXX, 13. — [140]*pollere ui quadamtenus attenuata, decedente scilicet potentiae notione, quae inest

uerbo, remanente praestantiae: Vop. Prob. 5 s. f. *cum et uirtutibus fulgeas et moribus polleas,* Capit. Ant. Ph. 3, 3, cf. Tr. XXX, 19, 1 et 'eloquentia praepollens adeo ut publice declamauerit' Vop. «Car. 11, 1» (HA p. 107). — *pontificium s. transl. i. dominium, potestas in.., arbitrium de.. Gell., Arn., Symm., Cod. Theod. (ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia denegetur), adde Chalcid. «Tim. 18»: tunc (anima) subiugata (extrapositis sensibus) et seruiens pontificium aliquod potestatemque retinere falso putatur, al., ipsumque originale pontifex significatione tali Juuen. sat. IV, 46 *destinat hoc monstrum* (i. e. piscem eximiae magnitudinis) *cymbae linique magister pontifici summo* (i. e. Domitiano ut domino scilicet omnium in orbe rerum, cf. quae sequuntur l. l.). — *posse circumscribendo futuro tempori in eis quae enuntiantur suspensa non modo ab eo q. e. sperare (ubi id olim usu uenerat, u. Madv. Gramm. 410, n. 1, cf. Haase ad Reisig Lat. Sprchwsschft p. 497 sq.), sed etiam ab aliis uerbis saepe ap. scrr. h. Aug., ut Spart. Jul. 4 (populus ingentibus eum conuiciis lacessebat) *sperans, deponi ab eo posse* (i. depositum iri a Juliano) *imperium quod milites dederant,* Capit. Gord. 30, 1, Treb. XXX, 15, 4 (Odenatus) *sperans, quod Macrianum* (qui imperare contra Gallienum coeperat) *posset opprimere,* — Treb. Gall. 7, 2 *cum non putaret recipi se posse muris,* Capit. Pert. 14, 6 (populus mortem eius indignissime tulit), *quia uidebat omnia per eum antiqua posse restitui* (i. futurum fuisse, ut.. restituerentur), Maximin. 27, 2, Spart. Hadr. 16 *mathesin sic scire sibi uisus est ut sero kal. Januariis scripserit, quid ei toto anno posset euenire, ita ut eo anno quo perit usque ad illam horam qua est mortuus scripserit, quid acturus esset,* cf. Tr. XXX, 15, 4 *Ballista regnum usurpante, ne et ipse posset occidi,* auct. de S. Helena 36 'nisi nobis dicas ueritatem,.. nec debitam te noueris euadere posse ultionem'; — sim. uelle Claud. ep. ap. Tr. Cl. 7, 3 *si non uicero, scitote, me post Gallienum* (h. e. afflicto per G. statu reip.) *uelle pugnare.* — ad *praerogatiua HA p. 107: Sidon. saep., ut ep. V, 1 *patrueli per agnationis praerogatiuam succedere,* V, 9, VI, 7 *cum praerogatiua domesticae familiaritatis,* IV, 21 *est princeps in genere monstrando partis paternae praerogatiua, sed tamen multum est quod debemus et matribus,* VIII, 14.., Salu. gub. D. IV, 118 al., Firm. m. III, 4, 6 *locus sextus habet malitiae propriam praerogatiuam.* — *praestare aliquem in acclamatione Treb. Cl. 4, 3 *di te praestent* (= di te seruent, conseruent, perpetuent, ut est Lampr. Al. 6 sqq. in acclamationibus ex actt. urb.) per ellipsin dictum esse uidetur pro: di te saluum praestent; cf. Plin. Paneg. 67 'ut te sospitem incolumemque praestarent, si tu ceteros praestitisses'. — *procurare intr. c. dat. rei: Capit. Pert. 2, 2 *alimentis diuidendis in uia Aemilia procurauit,* Dig. — *promittere abs.: Capit. Macr. 9, 5 *Maesa promittente militibus legiones abductae sunt a Macrino;* bene, benigne promittere (obiecto non addito) et Cic. — *pro-

pagare aliquid (i. propagare aliquid ad aeternam memoriam Cic.) uel aliquem (i. memoriam alicuius): Capit. Gord. 11, 1 (sup. s. u. *interest), — Vop. Prob. 24 ex. *postinde . . Carum incipiemus propagare cum liberis.* — *prouectus sc. aetate: Valer. ep. ap. V. Prob. 5 *quam* (legionem) *ego adhuc nulli nisi prouecto iam credidi* (u. rell.), compar. Aus., Pall. — [150]quantus, tantus, aliquantus, proprie magnitudinis, ut ita loquar, pronomina, abusione sensim inualescente factum est ut pluraliter etiam, quemadmodum gr. *πόσοι, ὅσοι, τοσοῦτοι*, pro multitudinis pronominibus essent i. quot, tot, aliquot uel aliqui (it. tanti, quanti), cuius consuetudinis exempla sunt haec, a prioribus pleraque collecta (omissis eccl. posteriorum, quae plurima sunt, et auctorum antiquiorum, quae dubia sunt*): quanti Stat. Silu. IV, 3, 49 'o quantae pariter manus laborant, hi caedunt nemus.., illi saxa ligant' al., Justin. XII, 15 quantis caedibus, S. S. transl. uet. Luc. «15, 17» quanti mercenarii al. (Rönsch 336), Tert. apol. 50 'nec tantos inueniunt uerba (philosophorum) discipulos, quantos christiani factis', an. 30 'tantae urbes (sc. nunc exstant), quantae non casae quondam', ib. 46 al., App. Ascl. 37 'quantis obesse scimus iratam', Arnob. V, 12, Lact. mort. pers. 45 'collectis ex proximo quantis potuit militibus' et in inst. quoque aliq. (cf. Buenem. ad IV, 15, 16), Lampr. Hel. 25, 6 'quanti herniosi esse possent in urbe', Treb. XXX, 26 'pudet persequi, quanti sub Gallieno fuerint tyranni', Vop. Aur. 11, 6, Terent. Maur. 1971, Amm. XXXI. 4, 11, Vict. epit. 15, 6, Veg. m. II, 23 al., Pallad. IV, 9, Dict. I, 6, II, 6, Claudian. laud. Stilich. II, 177 'quantis fluerent fornacibus aera effigies ductura tuas', id. epithal. Pall. et Cel. 90 (quantae cohortes) al., Marc. Empir. 388 F 'per dies quantos oportuerit', 347 A, Dig. «XXX, 65»: si minus sunt, in tantos, quanti inueniantur, Cod. Theod. VI, 27, 3, Macr. comm. I, 5, 9 'haec planities quantis lineis contineatur expressimus (i. e. totidem, quot habet angulos), Gennad. cat. 39: (Augustinus) scripsit quanta nec inueniri possunt; quis enim glorietur omnia se illius habere? al. — tanti: S. S. uet. «Mtth. 15, 33» panes tantos al. (R. 337), Tert. ap. 50 (u. sup.), 46 al., Lact. inst. I, 3, 21 al., Lampr. Hel. 20 'barbas mullorum tantas, ut . . exhiberet plenis . . discis', Spart. Seu. 13, 8, Eutr. IV, 16, Vict. Caes. 42, 21 'tyrannide tantorum depulsa', Pacat. Theod. 18, 1, Veg. m. IV, 44 ex. 'inter tanta mortium genera', Claud. de VI cons. Hon. 631 'tantaeque salutant te, princeps, galeae', id. laud. Stil. II, 223, bell. Get. 490, Auian. fab. 10, 9, Sidon. ep. VII, 6, Dig. l. l., Coel. Aur. ac. I, 17, 177 'tantis diebus innutritum aegrotantem relinquere', Fulg. Virg. cont. p. 761

---

*) Quod attinet ad Prop. I, 5, 10 'at tibi curarum milia quanta dabit', dubitari potest an quanta sit hic quoque nihil nisi 'quam magna', siquidem, ut u. c. Val. Flacc. V, 274: magnis cum milibus, magnum saepius id dici legimus quod numerosum est.

bis, Maximian. el. 1, 282 'nec quisquam ex tantis praebet amicus opem', ib. 117; — aliquanti: Lampr. Al. 25 'numos electros aliquantos, sed plurimos aureos', Spart. Hadr. «7» 'non solum amicis, sed etiam passim aliquantis multa largitus est', Eutr. «IV, 27» 'aliquanta oppida cepit', Vict. Caes. 33, 25, Vict. Caes. 33, 25, Vict. ep. 41, 22 aliquanti militares, Veg. m. III, 23 in. 'camelos aliquantae nationes in acie produxerunt', IV, 23 in., 40 al., Veg. u. III, 44 'aliquanti praecantatione tentant afferre remedia', 4, 8 et 19, 15, 21 al., Pall. «I, 19, 2», Oros. hist. VII, 40 in. et al., Cod. Theod. XVI, 2, 31 al., Cass. Fel. 32 p. 67, 49 p. 128, 54 p. 140 'aliquanti perdito sensu tactus paralysin patiuntur, .. aliquanti ex parte sensu manente patiuntur', et saep., Fulg. M. II, 9 aliquanti philosophorum, schol. Juu. His quoque, licet aliquanto plura sint, quam adhuc usquam prolata sunt, uiris doctis nondum esse satisfactum probe scio. Ceterum monitum uolo hoc loco, me, dum haec conscribuntur ac deinceps typis exscribuntur, et Forcellini lexici tot. Latinit. edit. nouae cur. De-Vit tomo ultimo et Georges lexici manualis editione septima usque caruisse. — ad quilibet relat. **A** p. 71: Boeth. comm. in Ar. interpr. ed. pr. II, 13 s. f. *quemlibet numerum dicas, finita illum numerositas necesse est complectatur,* id. transl. Ar. intpr. 9 (ibid. 13 uterlibet rel.: horum utrumlibet uerum fuerit, non erunt illa uera. De horum et eiusdemmodi usu uel abusu relatiuo Neue FL nihil dixit, cum potuerit). — *quisque pro quisquis et quicunque usurpati exempla ad Neue FL II, 249 add. int. cett.: Claud. Mam. stat. an. V, 17 *fabulam referre quisque potuisset, audiebatur ambitiosissime,* II, 9, 4, Sid. ep. V, 17, VIII, 9 p. 190, IX, 9, carm. 22, 9, Arat. ad Parth. 10 *nam tibi quisque datur, mox sibi crescit honos.* — r*epexere:* Caper 2449 *pexo capillos et repexo recte* (a pexo declinatum esse uidetur perf. pexui Alcim., Gramm., ut nexui a nexo, cf. texo texui). — [153a]rotunditas propr.: Plin., Jul. Honor. cosm. Caes. 24 *fluuius . . procurrens efficitur in oblongam rotunditatem,* 21, 25 al., Cassiod. — *recipere ap. Vopiscum, non prorsus sane noue, significat: reducere ad pristinum statum, redigere ad obsequium, id quod etiam restituere significat, etenim Aurelianus restitutor orbis, quem praedicant etiam nummi (cf. Vop. Aur. 1, 5), idem et receptor (orientis V. Aur. «26, 7», orientis occidentisque Eutr. IX, 13, non «9») dictus orientem, ut legitur V. Aur. 41, 9, 'in nostra iura restituit', idemque ib. 25, 4 dicitur orientis statum recepisse, — atque ita porro recipere V. Prob. 13, 4 *recepit omnes Europenses exercitus* (qui Florianum et imperatorem fecerant et occiderant), Tac. 18, 4 al. (cf. Vict. Caes 33, 2 et 32); idem ualet receptare Vict. epit. 35, 2 *romanum orbem triennio ab inuasoribus receptauit* (Aurelianus), et de persimili usu uerbi q. e. reddere u. HA p. 56; conferri potest etiam accipere exercitum Lact. mort. pers. 46 ex. 'ut exercitu Licinii sine certamine accepto ad Constantinum duplicatis uiribus pergeret', 48 in. — *reformare pro reparare,

restituere: uias Cap. Pert. (cit. Klotz), in ueterem statum Romanum imperium Treb. XXX, 5, 4 et sic id. al., cf. Eutr. (pacem), Cod. Theod. XI, 10, 2 (pontem), XV, 1, 14, quo in codice etiam inuenimus: reformare rem amissam, seruos dominis h. g. al., cf. reformare debitum Sidon. ep. IV, 24. — *refundere transl.: aliquid (alicui) i. reddere, restituere: Plin. pan., Dig., Val. ap. Tr. Cl. «14», all. (quos cit. lexx.), adde Sid. ep. V, 20 'euectionem refundunt, ipsos sumptus ultro recusant', Cod. Theod. XII, 1, 29 r. expensas praerogatas, III, 13, 3 r. dotem uxori' al., Dracont. carm. IX, 148, VIII, 269 (sic refusio C. Th. XII, 1, 185 munerum, Ambr. «ap. Dau. 8», sed idem et. al.); — aliquid (ut culpam) in aliquem i. regerere, reicere, ut «Sp. Hadr. 9, 3, V. Aur. 40, 3», it. Macr. Sat. I, 7, 17 'quod cum in alios refundere tentasset, omnes ab eo impetrauerunt, ut ipse dissereret', VI, 1. 1, VII, 14, 18; sim. referre in aliqum (sed laudem, non culpam) Lampr. Comm. 6, 1 'res bene gestas per alios in filium suum Perennis referebat', alicui insiurandum Dig. — *regere ap. scrr. hist. Aug. constr. non modo, ut solet, transitiuorum ritu cum obiecto passiuo, — ut r. legiones V. Prob. 12, 6, Gallias Tr. XXX, 24, 4, currus L. Comm. 2, 9, uel etiam mores. animos, — sed etiam cum obiecto, ut scholastice loquar, effectiuo uel actuali (nimirum in actu consistente aut ex actu exsistente), ut r. imperium (h. e. rectionem), praesidatum, cuiusmodi sunt: Treb. XXX, 30, 10 *bene rexit imperium,* Tac. ap. V. Tac. 9, 1 *ita mihi liceat, p. c., sic imperium regere, ut a uobis me constet electum,* Tr. Gall. 13, 2 *suscepit imperium diuque rexit,* Vict. Caes. 11, 12 (sane iam Verg.: imperium Dido regit), XXX, 24, 1 *praesidatum in Gallia regentem* (ib. 10, 1: ducatum gerere), Capit. Maximin. 8, 7 *cum uideretur disciplinam uelle regere militarem* (i. e. disciplinam tenere, ut est Sp. Hadr. 3, 9), *cuius exemplo ciuilia etiam corrigere uoluit,* cf. Sid. ep. III, 12 *post praetoria recta Galliarum,* Greg. h. Fr. IV, 42 *huius municipii comitatum regebat* (haud scio an cum his coniungendum sit etiam rempublicam regere, ut — praeeunte sane Cic. — Treb. XXX, 30, 3, Capit. Ant. Ph. 7, 6, r. statum reip. ib. 6, 4 (Tac. Agr. 7: initia principatus et statum urbis Mucianus regebat), cf. rem publicam tenere = imperare Tr. XXX, 1, 1). Similia sunt Tr. «XXX, 19, 1»: proconsulatum Achaiae gubernabat (rem p. gub. id.), Sp. Ver. Caes. 1, 1: in hac statione (imperatoria), quam temperas (HA 122), quodque minus insolenter dictum uidebitur Vop. Car. 17, 6: praesidatum Dalmatiae administrare, cf. Suet. Otho 1 et al. Contra, ubi regere exspectares, interdum gerere rem p. dicitur uel ipse princeps: Treb. XXX, 14, 2 (Macriani) qui duo afflictis rebus potuerunt rem p. gerere', Gall. 4, 3 'cum (Gallienus) . . neque aliter rem p. gereret, quam cum pueri fingunt per ludibria potestates', Sp. Ver. Caes. 3, 8, Vict. ep. 47, 5; de magistratibus gerere rem p. Lampr. Al. 46, 1, qui etiam prouincias gerere dicuntur Capit. Pert. 9, 6 'in prouinciis quas consularis gessit', 2, 11, Pomp.

Dig. I, 2, 2, 1 'nam senatus non perinde omnes prouincias probe gerere poterat'. — *reserare trnsl. non modo, ut uulgo, de rebus occultis (ut secreta, futura), sed de quibuslibet factis, quae narrando in publicum eduntur: Vop. Car. 21, 2 *si quis eloquens facta principum uellet reserare,* L. Al. 65, 3 (quia verum mihi suggerendum,) *clementiae tuae lecta* (de Alexandro) *reserabo,* Sidon. ep. III, 3 et saep.; eodem modo aperire Capit. Macr. 11, 3 *longum est crudelitates omnes aperire,* Amm. XXV, 10, 6, Dict. V, 3 al., cf. et detegere Vop. Sat. 7 ex. *Hadriani epistolam ponam, ex qua penitus Aegyptiorum uita detegitur.* — *roborare q. confirmare, confidentiam afferre alicui: Spart. Hadr. 7 *syngraphis in foro d. Traiani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis,* Vulc. Cass. 13 *progeniem tuam robora, fac securi sint liberi nostri,* Capit. Gord. 25, 4 *audita uel a plurimis roborata,* — Sp. Car. 10, 3 *quo audito furor inconditus ad effectum criminis roboratus est* (magis ut uulgo V. Aur. 35: templum porticibus roborauit). — [160]*rogare aliquem intens. q. suppliciter orare, exorare qm: Spart. Seu. 18 *cum rogaretur omnibus ante tribunal prostratis,* ib. 6, 1, Jul. 6, 5 *ut Vestales et ceteri sacerdotes obuiam exercitui Seueri prodirent et praetentis infulis rogarent,* Pesc. 10, 5, Cap. Max. Balb. 6 *rogatus semper ignouit,* Tr. Cl. 5, 1; — aliquem ad uel in aliquid q. inuitare exemplo Plin. ep.: locis (Lampr.) ap. Kltz et Gg. add. Cap. Pert. 6 'ad conuiuium magistratus et proceres senatus rogauit', Maximin. 30, 5, cf. ib. 22, 6, L. Hel. 12 'nec ante eum senatum mulier ingressa est ita ut ad scribendum rogaretur et sententiam diceret', Treb. Gall. 20, 3, Vict. ep. 42, 22, — Capit. Ver. 8 'et Marcum rogauit (sc. in uillam, in qua debacchabatur), qui uenit', Tr. Gall. 6, 1, Hier. uir. ill. 54 (Origenes) *ad Mammaeam rogatus uenit Antiochiam* al. — [160a]*rusticatio: Col., Vulg. (De-Vit), Gennad. cat. 70 'etiam rusticationem contra uires suas . . longe aliter educatus exercuit'. — ad **scissio 2** et **3** add. Arat. actt. I, 323 ueli, Vulg. (De-Vit). — subrigere: locis metricis, ut Verg. «Aen. IV, 183», accedit Arat. actt. I, 764 *exstinctos ad uitam surrigit artus.* — superflue: Hier., Aug., Symm., Cl. Mam. an. I, 22, 1, Salu. gub. D. III, 86 *quanquam superflue a cunctis dixerim; utinam uel a maximis* (int. sceleribus abstinerent). — ad *scire aliquem q. nosse HA p. 111: Tert. apol. 5 *qui scit illum* (Neronem), 21 Christum, 22 al., Cypr. ep. 73, 17 *scire Christum* al., Cl. Mam. an. I, 2 *ut sciri uitauerit auctor;* Gennad. catal. 1: eum hunc nescisse scriptorem; — sim. scire etiam App. herb. 6, 1 *nec eam* (herbam) *scire poteris, nisi cum flosculum emiserit,* Lampr. Alex. 45, 3 *ne dispositionem Romanorum barbari scirent* i. nossent, et perinde discere q. noscere, comperire Spart. Hadr. 11, 5 (Hadrianum) *de amicis multa didicisse* i. per frumentarios (q. speculatores) cognouisse, ut inf. dicitur, Gord. ep. ap. Capit. Gord. 25, 2, Vop. Prob. 12 *quae mundi pars est, quam ille non didicerit,* Amm. XIV, 1, 7 *acciderat, ut si quid paterfamilias*

uxori susurrasset in aurem postridie disceret imperator, XXVII. 2, 9, Hier. uir. ill. 7 al.; sim. audire Capit. Ver. 5, 6 *hoc conuiuium postquam Marcus audiuit, ingemuisse dicitur.* — [164a]sed enim Dräger Hist. Synt. d. lat. Spr. II p. 96 ab argentea latinitate ait abesse, denuo autem comparere ap. Gell., App., Lact., quibus adicimus ex eadem aenea latinitate Front. ep. ad M. Caes. I, 5 p. 12 Naber, II, 8, Paneg. IX, 8 (quis tam demens uidebatur ut aut obsideri auderet aut congredi?..) sed enim aerumnosa illa.. Verona maximo hostium exercitu tenebatur', ib. 20, 4, V, 11, 3; — at enim, quod ap. postt. quosque raro inueniri affirmat Dr. p. 112, legitur u. c. Lact. inst. II, 2: superuacua ergo sunt simulacra, illis ubique praesentibus.. at enim praesentes nonnisi ad imagines suas adsunt.., I, 11, 17, ib. 19, 1 et saep. (cf. Dr. p. 113), Paneg. V, 7: stulta ille (Xerxes) iactantia et sacrilega uanitate. at enim tua, Caesar, prouidentia et efficaci est usa consilio nec insultauit elemento, ib. 14, 3, IX, 15, 3, Itin. Alex. 58, 59 al. — *sedere pro uehi: equo Mart., Lampr. Al. 45, 4, Vop. Aur. 5, 3. id. Firm. 6, 4, Jan. Nep. 9, 2, hippopotamo ib. 2, cf. Cap. Ant. Ph. 23, 8 'sederi in ciuitatibus uetuit in equis s. uehiculis', — sed et s. equum Solin., Spart. «Hadr. 22, 6»: sederi equos in ciuitatibus non siuit, Veg. uet. I, 56, 12 (non II, 28); cf. equus insidetur Gell., residere dorsum alicuius App. — [165a]seruare aliquem pro custodia seruare (Liu.) Spart. Jul. 8, 5 *iubebat interfectores Pertinacis seruari.* — *stupere pro admirari: Tr. XXX, 3 *uirum quem ego prae ceteris stupeo* (sic Valer. imp. de Postumo. quem tunc transrhenani limitis ducem fecerat); stupendus syn. mirabilis exemplo Val. Max. Lampr. Alex. 26, 10 'fecit.. et stagna stupenda admisso mari', Tr. Cl. 2, 5, V. Tac. 2, 3. — *subripere pro rapere, abripere: Vop. Aur. 37, 2 *subreptus ad stipitem bestiis obiectus est*, Tr. Gall. «12, 5». — [167a]*suggerere q. suscitare, insinuare.. (Gg. s. u. II, 2, b): Vop. Aur. 21 *uindictae cupidus, quam seditionum asperitas suggerebat* (cf. Vict. ep. «12, 10»), L. Al. 36, 1 *qui.. ab illo occulte praesidium postularet, ut pro eo Alexandro secreto suggereret*, — ib. 65, 3 (s. u. reserare), C. Alb. 8, 1, q. inst. respondere V. Aur. 6, 2 *si quaereretur, quis Aurelianus aliquid fecisset, suggereretur «Aur. manu ad ferrum»* (suggestio Vop., ICti: Klotz Lex.). — *superesse abs. i. diutius uiuere: Capit. Ant. Ph. 27, 10 (sup. p. 35 s. * agere). — teneritudo: Varr., Suet., S. S. uers. uet. et Vulg. (ubi ex parte est = τρυφή: R. p. 67), Lact. opif. 11, Marc. Emp. 409 E *teneritudo eius* (herbae) *tunditur*, Pall., Mart. Cap., Sidon. ep. VII, 13 et saep., Coel. Aur. «t. II, 13, 166»: utendum uehementioribus, quibus obturentur altiora suae teneritudinis causa, quae.. (¿ q. tenuitas, ut tener pro tenuis dici uidetur Hor. S. I, 3, 116: qui teneros caules alieni fregerit horti). — [170]tepidare: Plin., Coel. Aur. t. II, 13, 172. — testula: Col., Seren. ap. Diom., Prud., Pl. Val. II, 54 *in testulam mundam immittes*, — Nep., Firm. m. I, 3; testulum Sulp. Seu. — in totum:

Col., Pl., App. h. 59, 2 *thoracem in totum purgabit,* Cypr. ep. 55, 6 et saep., Lact. opif. 8, 16, inst. VII, 20, 7 al., — Tert. test. an. 4 *cur in totum times mortem?*; — pro in t. Tert. totum Ad natt. I, 18 *totum eradicatae confessionis* al. (ut ap. alios est aeternum pro in aeternum, cf. Burm. ad Vell. II, 125). Cf. in toto **3*** p. 18, ex toto Cels. IV, 11, Cass. Fel. 54 p. 140 al., per totum ib. 76 p. 187. — [172a]tractura: Veg. u., Drac. carm. IX, 149: uel medinm Priamo refunde cadauer, nam partem tractura tenet. — transgressor: Tert., Arn., Aug. C. D. XIV, 13, 1 al., Alcim., Arat. actt. II, 968 *ueteris in corpore portas transgressoris* (Adae) *onus.* — ad transmutatio **1**: Vel. Long. 2232 *ueteres per transmutationem syllabae forcipes* (forpices?) *dixisse.* — ad * si tamen HA p. 140 (et 56*) haec collegeram: Suet. Caes. 78 (ut..nec destiterit per continuos dies quicquam cuiquam) *nisi sub exceptione polliceri, si tamen per Pontium Aquilam licuerit,* Non. p. 358[b] (proximum dicebant ueteres etiam remotum,) *si tamen inter duo discreta nihil medium exstitisset,* App. mag. 23 *ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor..*, Tert. adu. Marc. II, 27 (iudicem et illum esse ostendimus, et de iudice necessarie seuerum,) *et de seuero sic et saeuum,* resurr. 6 al., Cypr. ep. 36, 3, Firm. m. III, 3 (mitigantur — sc. mala —, si de opportuno loco Jouis ei radius accesserit,.,) *si tamen se trigonica Joui radiatione coniunxerit,* V, 3 p. 128, Cass. Fel. 1 p. 3 bis, 21 p. 34 al., Sidon. ep. VII, 7 *aliquid de manubiis ciuitatis reportaturus, si tamen cataplus arriserit,* I, 5 ex., 9 s. f., II, 13, III, 9, IV, 4, V, 6, 7 in., V, 1 *nisi tamen coeptis factiosa uis obuiet,* III, 10 al., Salu. gub. D. V, 167 *tu ergo, si tamen redire adhuc ad sanitatem potes, exue nequitiam,* id. ep. 2, Greg. ep. IV, 30 s. f.; cf. non tamen Tert. ap. 45 *recogitata breuitate supplicii, non tamen ultra mortem remansuri.* — *tentare aliquem q. infestare: Cap. Pert. 4, 7 (fictum est, quod morbo esset Commodus exstinctus,) *quia et milites ne tentarentur pertimescebant,* cf. id. Alb. 13, 6 'Parthos tentauit senatus, subegisset, ni.., quamquam sim. q. lacessere, inuadendi periculum facere iam uett. — *tentatio: Cic. ep. (ubi intpr.: Krankheitanwandlung), Coel. Aur. t. I, 3, 55 *est* (incubo) *epilepsias tentatio.* — ad *toti pro omnes (tutti, tous.., sed Germanorum etiam quidam die ganzen pro alle) HA p. 135 et Rönsch p. 338 instar infinitorum qui addi poterant locorum sint interim: Aq. Rom. 41 *cuius rei frequentissimum exemplum est per totas orationes M. Tullii, sed uel hoc unum ad exemplum sufficiet,* Firm. m. II, 27 *sic per haec signa tota membra hominis* (caput, cor..) *diuiduntur,* IV, 10, Hier. uir. ill. 16, Zeno II, tr. 15, 1, I, 16, 4, Sid. ep. VII, 9 *dum publice totos singuli cauent,* I, 9, III, 2, IV, 15. Cl. Mam. an. I, 18, 3, Genn. cat. 73 *totos occidentales episcopos,* Sedul. III, 159 (proprios iubet omnia posse discipulos,) *totisque simul uirtutibus implens, ite, ait..*, Arat. actt. II, 71 *Christus, quem tota canunt oracula natum uenturum;* etiam in singulari pro omnis = quiuis, ut Sp. Seu.

22, adhibetur: Sid. ep. II, 1 *totum quod concupiscit quasi comparat*, Sedul. III, 113 *adfer opem, qui totum praestare potes* al. (coll. quae Wopkens ad Sedul. I, 326 attulit), Cl. Mam. an. I, 13 *corpus totius facilitatis maximaeque pulchritudinis*, I, 21 *gratias creatori suo totus homo referat*, idem correl. ad quotus I, 17 *quotam partem quisque corporis uiuentis absciderit*, *totam quoque partem animae absciderit.* — *transire: modum, fines Cic., legem Vop. Tac. 10, 7 *ne Caniniam transire uideretur*, — q. superare Sen. N. Q. VI, 23, «Luc. Phars. IV, 499: quaecunque per aeuum exhibuit monumenta fides.. transibit nostra iuuentus» al., Arn. VII, 36 *eos qui gradibus mille genus omne uirtutum perfectionis transierint summitate* (Hildebr. ad l.), Vop. Aur. 49 *uas argenti eius nunquam XXX libras transiit*, L. Hel. 30 s. f. *nonnulla fidem transeuntia*, al. id. Al. 51 *si haec omnia* (fustes, uirgas..) *transiret dignitas hominis, grauissimis contumeliis* (subiciebatur). — [180]ad **uariabilis** **C** et **3**: Boeth. comm. in Ar. intpr. pr. ed. I, 9 'futurum, id est uariabile et instabile', ib. p. 249 bis. — [180a]uicennalis: Lact. m. pers., inscrr., Genn. cat. 59 *a uicennalibus Constantini.* — [180b]uicinari: Coel. Aur., Mart. Cap., Sid., Jul. Honor. cosm. Caes. 10 *uicinatur ei* (fluuio) *Tigris fluuius**). — ulcerare: Hor. bis, part. perf. Cic. fat., Theod. Pr. I, 15, App. h. 122 *acriorem uirtutem ulcerantem.* — ad unanimus HA p. 123: Sid. ep. IV, 11 *unanimi fratris ossa.* — uniuersitas: propr. Cic., Col., Plinii, Solin. 1, 56 *si abrumpere partem uelis, uniuersitas sequatur*, Arn. II, 37, Dig., — pro mundus: Cic., Plin., Tert. adu. Marc. V, 5, p. 287 al., Cl. Mam. an. II, 2, 1 *uniuersitatis creatorem*, — pro collegium, corpus: ICti, Sidon. (qui uocem freq.) ep. III, 6 *nobilium uniuersitas.* — ad urgenter **3**: compar. Coel. Aur. t. II, 13, 178 *urgentius augenda resumptio* al., comp. adiect. Tert., Coel. Aur. ac. II, 29, 149 *urgentior causa*, neutr. pl. abs. t. II, 7, 112 'quod non uiderint pro passionis motu in curationibus urgentiora nimis praeponenda'. — *uehemens q. fortis, seuerus, durus: Spart. Pesc. 3 *in re militari uehemens fuit; nunquam sub eo miles prouinciali lignum oleum operam extorsit*, Tr. XXX, 12, 14, ib. 18 4 (eruditus ad gerendam remp.,) *in consiliis uehemens*, Vop. Car. 1, 2 al. — *uicibus, diuersis: Vop. Prob. 18, 3 *quos ille diuersis uicibus uariisque uictoriis oppressit*, Capit. Ant. Phil. 7, 3, Hier. uir. ill. 11 *cum secunda uice uenisset ad Claudium*, tribus per diem uicibus, tertia uice Pall., uice quadam Sidon. — *uideri freq. ap. scrr. hist. Aug. ui propritim passiua adhibetur (ut sit i. q. *δρᾶσθαι, φαί-*

---

*) Ex eadem 'cosmographia Jul. Caesaris' praeter regesta ss. ll. haec etiam excerpsimus: *anguillatio* 45 'Nilus ibi congeminatur atque concurrens per anguillationem coronam faciens contortuosam..'. — bicornius: 9 'fluuius Susas nascitur bicornius, efficitur unus, effluit in sinum Persicum'. — contortuosus: 35 (s. u. anguillatio). — *crinis meton. (cf. De-Vit s. u. 6): 24 'ex ipso fluminali circulo (Danubii) septem crines fluminum procedunt infundentes se in Pontum', 25 'per crines supra dictos intrant Pontum'. —

νεσθαι, non, ut uulgo solet, i. q. δοκεῖν): Treb. XXX, 21, 6 *statua eius uidetur, quadrigae autem alibi positae sunt,* id. Gall. 16, 4 *Romae, ubi semper togati principes uidebantur,* Spart. Pesc. 11, 2 *ne id ab exercitu cum suspirio uideretur,* Capit. Max. Balb. 14, 1 *discordiae, sed tacitae, et quae intellegerentur magis quam uiderentur.* Vop. Aur. 24, 3 *Apollonium Thyanaeum* (Aureliano) *ea forma, qua uidetur, subito adstitisse;* item adiuncto infinitiuo: Treb. XXX, 8, 2 *una die factus est imperator, alia die uisus est imperare, tertia interemptus est,* L. Al. 15, 4 *fures iudicare iussit in ciuitatibus ullis nunquam uideri, et si essent uisi iussit deportari per rectores prouinciarum.* Cf. Spart. Seu. 11, 7, Lampr. Hel. 23, 4, Treb. XXX, 29, 4, Vop. Firm. 3, 6 al., Solin. 7, 28 *uideri ibi puteum cuius liquor mors est haurientibus,* 37, 12 *spernitur, cum uidetur,* 1, 88 al., Minuc. Fel. 27, 4, Th. Prisc. II, 9 *ut etiam clystere acri adhibito .. uentositatem solam egerere uideantur,* II, chr. 1, et sic posteriores quique. Nec tamen etiam solito more illi scriptores uerbo uti desierant, ueluti Capit. Gord. 24, 2 'qui amici tibi uidebantur, erant autem inimici'. id. Alb. 12, 2, Vop. Firm. 7, 2, Treb. XXX, 33, 8 al., utroque modo iuxtim Spart. Geta 7 'mirum omnibus uidebatur (ἐδόκει), quod (Caracalla) mortem Getae totiens etiam ipse fleret, quotiens nominis eius mentio fieret, quotiens imago uideretur (ὅτε .. ὀφθείη) aut statua. Cf. nrr. 10, 12, 13, 15, 16, 35, 37, 38, 43, 44, 45, 47—50, 54ª, 55ª, 56—59, 61—64, 67, 69ª, 71—76, 81—3, 86, 90, 97—99, 101 sq., 104, 112—15, 120, 122, 123, 126, 136, 139 sq., 142, 145—49, 154—60, 164, 165—68, 176, 179, 195, quae omnia coagmentata supplendo esse possunt ex parte (quoad usum uerborum) Meletematum de latinitate scriptorum historiae Augustae (HA) capiti quarto imperfecto. Quo ἐκ παρέργου proposito excusatum sit, si quae conexa sunt non plane omnibus illibata lexicographis, cum plura eodem pertinentia omittere coegerit nos huius consilium opusculi, quod sit sarciendi pro re nata lexicorum defectus latinorum. Sed in quantum per hanc licuit rationem, etiam alias quasdam de scrr. h. Aug. usu loquendi obseruationes per saturam huic scrutario ingessimus, disiecta supradictae lucubrationis membra, cuiusmodi est et hoc, quod praeter litt. ord. hic intulimas: uero, uerum, sed, nec non et autem apud scrr. hist. Aug. saepe in narratione continua ita adhiberi, ut aduersatiua potestate parum comparente transitum dumtaxat ad consequens (quemadmodum fere saepius graecum δέ) designare uideantur, id quod aliquot exempla de Capitolino ascriptis potissimum uitis, maxime de Ant. Ph. uita, delecta illustrabunt: (Capit. Ant. Ph.) 2 sq. 'quibus omnibus (magistris suis) ut disciplinarum auctoribus plurimum detulit; .. sed multum ex his Frontoni detulit, cui et statuam in senatu petit. Proculum uero usque ad proconsulatem prouexit .. philosophiae operam uehementer dedit .. cum studeret in pallio et humi cubaret, uix autem instrato pellibus lectulo accubaret .. tantum autem

studium in eo philosophiae fuit, ut.. ad domum Apollonii discendi causa ueniret'; cf. porro de sed 20 in 'sed Marco haec sunt gesta post fratrem: primum.. dein..', Pert. 11 'hi qui ad obsequium uenerant redire in castra coeperunt. sed subito (i. tum subito) globus ille in Palatium peruenit neque arceri potuit', Alb. 7, 2, Gord. 10 in. (missa deinceps legatio Romam est cum literis Gordianorum haec.. indicans, quae gratanter accepta est..) sed tanta gratulatione factos contra Maximinum imperatores senatus accepit, ut..'; — de uero 1, 9 et 3, 3 (uero in apodosi: qui autem.., is uero.. Lact. inst. IV, 29 'qui autem Filium suscipit.., is uero cum Filio simul et Patrem colit', V, 9, 12, VI, 12, 18, quidquid autem.., id uero.. II, 4, 7, Bünem. p. 561; — tum uero in apod. iam antiqq.); — de autem 15, 1 (sedens cum fratre in uehiculo Lucius apoplexi arreptus perit). Fuit autem consuetudo Marci ut in circensium spectaculo legeret audiretque ac subscriberet', ib. 3; 12, 7; 13, 3; 28, 1, 24, 3, Maximin. 24, 5 et saep. (nec.. autem Lampr. Comm. 17, 7: cf. Dräger HS II p. 121); — de uerum Vop. Aur. 31 'Palmyreni, qui iam uicti.. fuerant,.. non mediocriter rebellarunt.. uerum ideo (τοιγαροῦν) Aurelianus.. reuertit atque urbem euertit', ib. 25, 5 'recepto orientis statu Emesam uictor Aur. ingressus est ac statim ad templum Heliogabali tetendit.. uerum illic eam formam numinis reperit quam in bello sibi fauentem uidit', Cap. Pert. 11, 8 (uerum aduers. Cap. Pert. 3, 8, Maximin. 20, 8, Macr. 6, 3 al.). Cum his coniunge 41 ann., 121, 175, 190—92, 195[a], 196, 197—200, quae ad particularum quarundam apud scrr. hist. Aug. usum illustrandum pertinent. — *uirtutes i. res gestae fortiter, praeclare, ap. eccl. i. miracula: Capit. Ant. Ph. 16 (post Veri obitum Marcus.. multo melior) *et feracior ad uirtutes, quippe qui nullis Veri iam impediretur erroribus,* Vop. Car. 9 *sed sibi habeat artes suas timiditas, calcanda uirtutibus. licet plane ac licebit.. Persas uincere atque ultra eos progredi,* Prob. 10, 1 (cf. Tr. XXX, 19, Cap. Maximin. 8, 5), Tert. praescr. 13 (Christum) *uirtutes fecisse,* 44 *uenturos multos qui etiam uirtutes maximas ederent ad fallaciam muniendam corruptae praedicationis* al., Arnob. II, 34 *cum non tantum promiserit* (uiam fugiendae mortis), *uerumetiam uirtutibus tantis manifestauerit posse compleri,* I, 56 Sulp. Seu. Mart. 11, 1 *uirtutes, quas in episcopatu egit,* chron. I, 25, 3; — sed Arn. I, 20 uirtutes sunt i. q. uires et II, 58 uirtus sing. i. uis, efficacia, et sic Cypr. dom. or. 9, Sulp. Seu. chr. I, 14, 2 'uirtutem ei signorum faciendorum impertiens' al., quemadmodum uirtus freq. scrr. medici postt., ueluti Coel. Aur. ac. III, 4, 47 'quorum singula tumoris sunt prouocatiua ob.. desiccandi uirtutem et recorporandi, cum sit (passio) simplicibus curanda uirtutibus' al., App. h. 122 (sup. s. u. ulcerare). — [190]*uix pro summum adu., ut multum (quod est Mart. X, 11, 6, Iuu. VII, 187, Vop. Aur. 46, 4), germ. höchstens: Spart. Hadr. 10, 5 *cum capulo uix eburneo spatham clauderet,* Capit. Ant. Ph. 2, 6 (sup. p. 58 l.

ult.), Lampr. Al. 41, 3 *ita ut annonas, non dignitatem acciperent fullones et uestitores.., sed annonas singulas, uix binas,* 23, 7, Tr. Gall. 21, 5 *nouem annis, uix decem.. Gallienum imperasse,* cf. L. Al. 33, 3, Marc. Emp. 275 F *de quo uix tertia aut certe media pars remanere debet;* ceterum al. scrr. h. Aug. magis solito more, ut Vop. Aur. 9, 3 'cui tantum a nobis debetur, ut digna illo uix aliqua uel nimis magna sint munera', Tr. Gall. 13, 9. —

Poteramus desinere (nempe finem talia habent nullum), uerumtamen copia suppetente typotheta moras interponente unam superaddimus subsiciuorum decada, quo huic tertiae quoque parti, sicuti primae, expleatur centuria altera: [190a]acsi pro quasi «Vlp. Dig., inscr.», Tert. adu. Hermog. 35 'de cetero statu materiae.. tamen acsi constiterit persequendus est ordo', 14, al, Ampel. 8, 11 'si frices, acsi sanguinem remittit', Amm. XXVI, 9, 5 'orabat ut se acsi parentem magis sequerentur', XXV, 4, 14 'quoad fuit in terris (Julianus), quieuere nationes.., acsi quodam caduceo leniente mundana' al., Sid. ep. I, 5, III, 5 ex., VIII, 11 (tam piger, acsi..), Cl. Mam. ep. ad Sap. 'rhetoricam acsi grandem dominam in angusto non recipi', an. I, 1 'hoc idem mihi acsi cognitu necessarium ultro ingerentibus', II, 10, 2 'ita concordat, atque si dixisset.. ita est, acsi diceretur' al. (atque pro quam Sp. Seu. 17, 6). — *adeo, cum sit i. q. ad id, proinde aut ita dici solere constat, ut sit = ad id usque (adeon rem redisse, ut), unde etiam i. q. in tantum, so sehr (nemo adeo ferus est ut non mitescere possit), aut ita, ut sit = (adde) ad id h. e. praeter id, insuper, atque hinc i. q. quinetiam, sogar (egone tibi maledicam aut tibi adeo male uelim?). Atqui poterat τὸ ad id in eam quoque partem accipi, ut adeo significaret secundum id, κατὰ τοῦτο, quo factum esse uidetur, ut etiam pro propter id, ideo usurparetur. Ita fortasse iam Terent. Heaut.: dudum domi praesto apud me esse aiunt, egomet conuiuas moror; ibo adeo hinc intro, — uerum, ne antiquioribus immoremur, de quibus minus liquet, certe postt. nonnunquam aduerbium adeo pro ideo posuisse uidentur, ut Tert. apol. 23 (sicut illi qui dii habentur daemones se dicere noluissent, si uere dii essent.., ita et isti, quos daemones nostis, non auderent pro diis agere, si aliqui omnino dii essent..) *adeo* (i. ideo, ergo) *nulla est diuinitas ista quam tenetis,* ad natt. I, 1 in., adu. Marc. V, 14 med., praescr. 2 et saep. (cf. Oehl. ind.), App., ut Flor. III, 17, 79, Treb. XXX, 12, 9 *intellexit eum Ballista sic agere ut de filiis suis uideretur cogitare atque adeo sic aggressus est:.. da igitur liberos tuos..,* 29, 3, Vop. Tac. 11 *balneis raro usus est atque adeo ualidior fuit in senectute,* id. Proc. 12, 1 *domi nobilis, sed maioribus latrocinantibus, atque adeo pecore ac seruis et his rebus quas abduxerat satis diues,* Vlp. Dig. I, 16, 9, 2, XXX, 1, 6 pr., C. Th. XV, 1, 14 (?). — *adhuc, quod est = ad hoc tempus, etiamnunc, pro: ad *id* tempus, etiamtum adhibiti scrr. h. Aug. exempla sunt: Vop. Proc. 13, 3 *Alamannos, qui tunc adhuc Ger-*

mani dicebantur, Spart. Seu. 6 *cum Seuerus in castris adhuc maneret,* 8, 6, Ver. Caes. 6, 7, Pesc. 4, 1, Lampr. Comm. 2 *adhuc in praetexta puerili congiarium dedit,* Al. 14, 3, Capit. Ant. Ph. 2, 6, 21, 6, alia; de ueteribus uid. Hand Turs. I p. 160 sq., Liuii locos dabit Fabri ad XXI, 48, 4: quanquam grauis adhuc uulnere erat, Taciti quosdam Dräger Synt. d. Tac. p. 7; postt. addo interim Justin. XLIII, 3, 3 *per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci sceptra dixere,* I, 1, 5 et 10 (qui et etiamnunc de re praeterita VIII, 4, 7), Amm. XXII, 9, 9 (qui et antehac pro antea XV, 10, 1), Paneg. V, 14, 4 *exercitui tuo iniecisti mentis ardorem adeo ut cunctantibus adhuc ducibus . . signum nauigationis exposceret,* Vict. uir. ill. 7, 8 (spur.?), Vict. epit. 28, 3, 35, 5, 45, 10, Firm. err. gent. 7; — adhuc = praeter hoc, germ. dazu, noch, qua signif. etiam comparatiuis additur, exempla notaui Cypr. bon. pat. 10 'nec rependisse inimico uicem, sed occisum adhuc insuper uindicasse', laps. 17 al., Th. Prisc. I, 21, Vict. Caes. (cui id perfamiliare, uocula propemodum semper in principio sermonis posita) 9 'Romae Capitolium . . , aedes Pacis, . . ac forum coepta ac patrata. Adhuc per omnes terras, qua ius Romanum est, renouatae urbes cultu egregio . .', 2, 2; 4, 3; 13, 5; 24, 6; 39, 23; 40, 20, 26; 43, 23; 41, 24; c. comp. Cypr. dom. or. 23 adhuc fortius al., Vop. Bonos. 14, 4, exemplo scrr. arg. lat. (Klotz Lex. s. u. 5, c). — *circumclusio:* Aethici quae ferebatur cosmogr. 41 *non spatiorum mensuram, sed circumclusionum rationem secuti;* — cuius scriptoris haec quoque sunt addenda lexicis: *circumpergere* 12 *fluuius Jordanes nascitur sub Libano monte, circumpergit ad lacum Tiberiadem* (in fonte, h. e. in Jul. Honor. cosmographia p. 31 Riese est: circuiens eum — Libanum — pergit in lacum Tib.); — *dimensor* p. 72 Riese *omnis orbis terrae a dimensoribus peragratus est;* — nota etiam bissextilis l. l. *bissextilis rationis inuentor,* Isid. (**A** p. 19*); — '*dimensuratio* prouinciarum' inscriptum est opusculum, in uno cod. Hieronymo presbytero, falso uidelicet, attributum (Geogr. lat. min. ed. Riese p. 9 sqq.). — *contenaneus* (!): Gennad. catal. 80 (sacramentorum non paruum uolumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum et temporum . . discretum,) *sed supplicandi Deo et contestandi beneficia eius soliditate sui contenaneum.* Conferri sane possunt deriuata a uerbis in -aneus, ut consentaneus, succedaneus, circumcidaneus, alia (HA p. 18* sq.). — [195]*haberi ui propria pass., sed q. pro exstare, esse iam scrr. h. Aug. saep., ut Lampr. Comm. 1, 7 *qui in aula institutores habentur* (i. quos in aula habent: qui ibi sunt), Hel. 7, 1 *sacra quae penitus habentur condita,* Capit. Alb. 11 *Milesias nonnulli eiusdem esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur,* Max. Balb. 1, 2, cf. Arn. III, 9, Dict. I, 16 'praeter ceteros Graeciae reges magnus atque clarus habebatur'; — sicut habere certamen Flor., ita scrr. h. Aug. habere conflictum (HA p. 138), expeditiones Lampr. Al. 45, 1: expeditiones bellicas

habuit. — [195a] itaque, ut grammatici nostrates docent (Hand Turs. III, 509 sq., all.), postpositam non habent Cic. et Caes., habent ss. ll. auct. ad Her., Hor., Curt., saepius iam Liu. (Kühnast Liuian. Synt. p. 318), saepe Quint., Suet., etiam Justin. (Benecke ad I, 2, 3), ubique fere App., quinetiam sexto loco Met. II, 6 ex. (Kretschmann de latin. Appul. p. 111) — Sen. et Plin. ss. ll. citant —; addimus praetermissum Lucretium, qui eam in principio sermonis nunquam ponit, postpositam saepius habet, ut III, 106: saepe itaque.., adeoque quarto loco «IV, 705» uel quinto «II, 569»: nec superare queunt motus itaque exitiales (Holtze Synt. Lucret. p. 191), — et postt. quos olim notauimus locos: Front. ep. ad M. Ant. I, 7: non miror itaque.., Solin. 53, 7 al., Tert. adu. Marc. II, 9 'intellegi itaque afflatum minorem spiritu esse' et saep. (Oehler ind.), Capit. Maximin. 22: ponte itaque cupis facto.., Vop. Aur. 28: uictor itaque Aur. superbior egit, Lact. m. pers. 2, 7, Amm. XVI, 2, 2: nihil itaque remittentibus curis.. Augustodunum peruenit, 5, 8, XX, 5, 4 al., Aug. ciu. D. V, 9 bis, V, 11 in. et saep., Th. Pr. II, 1 al. (nota quod in omnibus his itaque secundo est loco); — namque alio quam primo sententiae loco in prosa quidem or. Liuium demum posuisse et qui post eum scripserunt affirmat Hand Turs. IV p. 2, exempla ex aenea latinitate sint instar multorum haec paucula: Front. ep. ad M. Ant. I, 8: is namque.. inseruit, Cypr. ep. 57, 2: obtemperandum est namque, Vop. Aur. 42: Aurelianus namque pro consule Ciliciae.., 40, 2, Veget. m. III, 6 al. (praepositiue tantummodo I, 5), Cassian. coll. III, 1 et saepe, Cod. Theod. VI, 4, 9: certum est namque.., Th. Pr. I, 5, I, 10 al., Cass. Fel. 29 p. 50, Coel. Aur. t. I, 4, 112, II, 1, 9, 14, 218, ac. III, 4, 37 al.; — tenaciorem etiam primi in sententia loci cognominatam etenim (Hand II, 544) postquam deturbare instituerat poetarum, ut Lucr., Hor., Pers. IV, 10, licentia, paulatim in prosa quoque or. idem usu uenit: apud scrr. hist. Aug. me hoc non memini inuenisse, sed saepius postpositam habet App., ut Met. VI, 27: extorto etenim loro.. (cf. Kretschm. l. l.), praeterea notauimus Tert. ap. 1: tunc etenim meretur, cum cognoscitur an mereatur al., Eutr. X, 3: ex ea (Massilia) etenim nauigare ad filium praeparabat, Coel. Aur. tard. I, 4, 82: cessante etenim accessione, 5, 153 (ib. praepos.), II, 1, 48, ib. 9, 118, IV, 3, 78, ac. I prf., 12, II, 6, 30, III, 3, 24 (ib. 23 praep.) al., Th. Pr. I, 10, ib. 19, IV, f. 316[a] al. (praep. II, chr. 6 s. f., IV f. 316[b] ex.); — siquidem etiam postpositae exempla notauimus quaedam, ut Paneg. V, 14: prior siquidem a Gesoriacensi litore inuectus Oceanum.., 18, 2, Sulp. Seu. chr. II, 33: tum siquidem Hierosolyma.. ecclesiis adornata est, I, 27, sed Coel. Aur. t. II, 14, 212 sic distinguendum esse putamus: eligendus consuetorum usus magis, siquidem insueta materia uexatus stomachus.. prodat aegrotantes (pro: ..usus. Magis siquidem..); — deinde quarto loco illatae exemplum est Spart. Seu. 3: legioni quartae Scythicae deinde praepositus..; —

denique nota, igitur, quod in uniuersum multo saepius postponi quam praeponi constat (Hand III, 197) ap. scrr. hist. Aug. plerumque praeponi, ut L. Hel. 1, 4, saepe etiam ap. Vict., ut Caes. 28, 1. — *licet coniunctiuo impositum cum in concessiui q. d. sensus enuntiatione suspensa olim sollemne esset (ueluti: licet haec quiuis reprehendat, certe leuior reprehensio est), paulatim factum est, ut prorsus loco coniunctionis (quam uulgo dicunt, nos articulum componendi sermones, *germ.* Satzartikel, dicere malumus) haberetur; cuius peruersionis tres quasi gradus uidentur esse discernendi: 1) licet absolute h. e. uerborum in sermonem constructione exsolutum singulis participiis aut adiectiuis uel aduerbiis aut etiam substantiuis tanquam aduerbium quoddam relationis eorum concessiuae determinatiuum (sicuti graece καί, καίπερ) apponitur: hoc praeiuerant iam poetae antiquiores, ut Propertius, prosarii posteriorum usus exempla nondum regesta addimus App. Flor. IV, 18 *secta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est,* Lampr. Alex. 8 (ne me ad hanc necessitatem uocetis, ut ego cogar tanto nomini — i. e. Antonini — satis facere,) *cum etiam hoc ipsum nomen* (i. e. Alexandri) *licet peregrinum tamen grauare uideatur,* L. Comm. 17 *his incitati licet nimis sero Laetus . . et Murcia . . inierunt coniurationem ad occidendum eum,* Spart. Pesc. 5, 5, Paneg. V, 12 *exercitibus nostris licet inuictis uirtute, tamen in re maritima nouis,* Veg. m. III, 19 *quod, licet raro, contingit,* II, 10 l. inferior dignitate, I, 18, III, 21, Amm. XIV, 11, 24 *qui eum licet nocentem blandius palpantes periuriis ad usque plagas perduxere letales,* ib. 1, 5, XXVI, 6, 9 al. (cf. Hudemann quaestt. Ammian., Landsb. a. d. W. 1864, p. 12), Th. Prisc. II, 19: uinum, licet per interualla, austerum tamen dandum est, II, chr. 13 (cf. Pan. IX, 1: experiar . . quanquam oppletis auribus tuis ut sic dixerim insusurrare); — 2) exinde licet iam tanquam ἄκλιτον, cum loco articuli sermones connectit, modum quidem pendentis a se uerbi postulare interim pergit coniunctiuum, tempus autem iam praeteritum quoque admittit, quod, quoad uim uerbi temp. praes. retinebat, nequaquam admittebat (Zumpt Gramm. lat. 574): Arnob. I, 65 *et licet ambigua res esset, committeretis uos tamen nec potionem incognitam dubitaretis haurire spe salutis proposita,* Paneg. V, 3 *cuius* (orbis Rom.) *licet esset omni hoste perdomito certa securitas, nimios tamen in diuersa discursus poscebat,* ib. 1 *licet dicendo aequare non possem* (patris . . tui merita), Amm. XV, 4, 7; — 3) denique 'licet' ut articulus syntacticus, ceterorum eiusdem potestatis, ut quanquam, etiamsi . . , analogiae concedens, uerbi a se pendentis etiam indicatiuum modum asciscit: exemplis quae sunt ap. Hand Turs. III p. 545 addimus Commod. instr. I, 15, 8 *sed deus hic non est, licet fuit fortis in armis* al., Amm. XXVI, 2, 4 *licet nonnulli existimarunt,* XV, 7, 1 al. — [196a]ad *mos pro modus HA p. 144: Arn. V, 44 'si fabulas has uultis more esse allegorico scriptas', Firm. m. III, 1 'simili more in feminino signo positus' (p. inf.: simili modo

stella in scorp. constituta), Th. Prisc. III, 7 'quae quamuis chronicarum more causarum difficile liberentur', Pl. Val. II, 22 'bis in die sumitur more sorbitionis', it. 27 (cf. Tert. adu. Jud. 9 p. 724: disce erroris tui morem). Cf. et facie Vict. Caes. 32, 3: Tiberis diluuii facie inundauit, cf. Solin. 45, 10, exemplo HA p. 130. — ne interrogationi suspensae impositum, similiter ac uett. uide (uideamus..) ne et sim. (cf. Hand Turs. IV p. 88—90): saep. Tert., ut apol. 2 'ut etiam illud non recogitetis, .. ne compulsus negare non ex fide negarit', ib. 3 'nemo retractat, ne ideo bonus Caius et prudens Lucius, quia christianus, aut ideo christianus, quia prudens et bonus', 7, 15 s. f. 'nescio, ne plus de uobis dii uestri, quam de christianis querantur', ib. 9 'legite, necubi relatum sit, .. defusum brachiis sanguinem ex alterutro degustatum nationes quasdam foederi comparasse' (cf. Hand p. 149), adu. Marc. IV, 35 ex. (cf. Oehler ind.), Arnob. III, 4 'illud rursus desideramus audire a uobis, ne imposita habeant haec nomina quibus eos uocatis, an ipsi haec sibi imposuerint' (p. sup.: unde uobis compertum est, hinc dii (sint) .. an nescio qui alii), I, 10 'unde tibi est scire, ne quod exuberat sic tollat, ut per sua dispendia modum rebus luxuriantibus figat?' al., Spart. Seu. 6, 2 'qui armatum salutarunt excussi ne quid ferri haberent (cl. Cic.: qui, ne quod telum occultaretur, exquirerent), Veg. uet. II, 55 'inspicies, ne aliquam fracturam habeat', Veg. m. III, 8 'opus centuriones decempedis metiuntur, ne minus foderit aut errauerit alicuius ignauia', Th. Prisc. III 'prius inquirendum est, necubi officium matricis inclinatum sit'; — *ne* abusiue pro ut non illati exempla esse uidentur Veg. m. I, 26 'tirones sunt .. secundum matriculae ordinem in aciem dirigendi, ita ut primo simplex extensa sit acies, *ne* quos sinus, ne quas habeat curuaturas, ut aequali spatio miles distet a milite', I, 20, quod contra 'ut non' pro ne positi exempla ap. scrr. h. Aug. deprehenduntur haec: Capit. Ant. Ph. 28, 1: ab eo petit, *ut* belli reliquias *non* contemneret, ne uideretur rem publicam prodere, Pert 7, 2, Vop. Tac. 9, 4: in eadem oratione cauit, ut serui in dominorum capita non interrogarentur (cf. Gai. inst. II, 181: in prioribus tabulis cauemus, ne..), id. Car. 21: id agens, ut, si quis eloquens uellet facta principum reserare, materiam non requireret habiturus meos libellos ministros eloquii, id. Prob. 14: dicitur iussisse his acrius, ut gladiis non uterentur; cf. Amm. XXVI, 1 in.: conuenerat iam referre a notioribus pedem, ut et pericula declinentur ueritati saepe contigua et examinatores .. non perferamus intempestiuos, Oros. VII, 13: praecepit ut nemini liceret .. (ib. inf.: praecepit ne cui .. esset licentia). — *necdum pro nondum: «Col. p., et necdum Plin. paneg.», Tac. hist. I, 31, Cypr. laps. 23 'quamuis necdum dies uenerit', 25 'quod carnem necdum posset edere per aetatem', 26, dom. or. 17 'pro illis qui adhuc terra sunt et necdum coelestes esse coeperunt', 36 al. (u. ind. Hartel, cui Cyprianea pleraque accepta referimus), Veg. m. I, 5, Pall. «IV, 10», Hier. uir.

